Bibliothèque numérique

medic@

# Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem obsoletis, medicamenta usitatiora, tam simplicia cum recta eorundem præparatione, quam composita, cum concinnis formulis, serie alphabetica, exhibentur, et communis normæ instar, Pharmacopolis Ratisbonensibus jussu et auctoritate Illustris Senatus cura et opera Collegii Medici præscriptus et adornatus.

*Ratisbonæ, sumptibus Joannis Conradi Peezii. M DCC XXVII., 1727.*
*Cote : BIU Santé Pharmacie RES 5006 (1)*

P A R I S biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?pharma_res005006x01


PHARM
RATISB

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 2 sur 149





Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 5 sur 149

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 8 sur 149

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 9 sur 149

# DISPENSATORIUM PHARMACEUTICUM RATISBONENSE.

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 10 sur 149

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 11 sur 149

RES 5006
ÉCOLE DE PHARMACIE DE PARIS

# CONSPECTUS MATERIÆ MEDICÆ SELECTIORIS.

QUO
ELIMINATIS PLURIMAM PARTEM OBSOLETIS,
MEDICAMENTA USITATIORA,
TAM SIMPLICIA,
CUM RECTA EORUNDEM PRÆPARATIONE,
QUAM COMPOSITA,
CUM CONCINNIS FORMULIS, SERIE ALPHABETICA,
EXHIBENTUR,
ET
COMMUNIS NORMÆ INSTAR,
PHARMACOPOLIS RATISBONENSIBUS
JUSSU ET AUCTORITATE
ILLUSTRIS SENATUS
CURA ET OPERA
COLLEGII MEDICI
PRÆSCRIPTUS ET ADORNATUS.

*RATISBONÆ,*
Sumptibus JOANNIS CONRADI PEEZII.
M DCC XXVII.

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 12 sur 149

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 13 sur 149

# S. R. I.
LIBERÆ AC AUGUSTÆ REIPUBLICÆ
RATISBONENSIS
PATRIÆ PATRIBUS,
DOMINO
# CAMERARIO,
TOTIQUE
# SENATORIO ORDINI,
*VIRIS*
GENERIS NOBILITATE, MUNERUM GRAVITATE, CONSILIORUM PRUDENTIA, MERITORUM IN PATRIAM PRÆSTANTIA
ILLUSTRIBUS,
*MECOENATIBUS*
ATQUE
*PATRONIS*
ÆTERNUM COLENDIS
LABOREM HUNC PHARMACEUTICUM
EA, QVA DECET, PIETATE
*D. D. D.*
COLLEGIUM MEDICUM
RATISBONENSE.



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 14 sur 149

VIRI ILLUSTRES
ET
AMPLISSIMI &c.

NOn minus ſalutare, quam ingenioſum, ipſoque rerum uſu comprobatum, eſt ſapientiſſimi Philoſophorum uatis, Thaletis Mileſii, effatum: *Felix eſt*, inquientis, *qui corpore ſanus, & mente eruditus eſt.* Neque etiam profecto majus homini bonum contingere poteſt, quam ſi uegetum corpus animus incolit, ſtudiis innutritus, & ſingula ejus membra uiuido ſuo uigore illibata tuetur. Hinc priuata felicitas, hinc publica ſalus dependet: quæ ſarta diu, tutaque ſatis, conſiſtere nequit, niſi ciuium animi bonis artibus excolantur, horumque ſanitas uel firmetur, uel labefactata

factata reſtauretur. Quod cum dudum jam probe perſpexiſſet ſagax antiquitas, uaria excogitauit adminicula, queis optimi quique tam neceſſarium integri corporis, doctæque mentis, nexum ſibi compararent, uitæque hujus proſperitatem conſequerentur. Adeo, ut maximus ille Macedonum regum pentagonon, in quo ΥΓΙΕΙΑ ſcripta erat, pro ſymbolo & teſtimonio, quanti felix hoc corporis animique commercium haberet, ſibi elegerit, & Antiochus non alio conſilio illud nummis imprimi curauerit, niſi ut, tanquam perpetuum mnemoſynon, in poſterorum memoriam transmitteretur. Quorum exempla & VOS, VIRI ILLUSTRES, imitati, conſeruando hoc uinculo, ceu Reipublicæ VESTRÆ fundamento, prouidi ſemper inuigilaſtis, & bonæ mentis cultura, corporumque ſanitate in ciuibus VESTRIS VOBIS prius nihil, nihil unquam fuit antiquius. Nota ſunt, neque prolixius recenſere uel inſtituti ratio, uel paginæ anguſtia, permittit, ſubſidia illa, quæ pro exornandis ingeniis, cultaque doctrina imbuendis, à VOBIS ſuppeditata ſunt, & adhuc ſubminiſtrantur, ab indigenis non ſolum, ſed ab exteris quoque, nunquam ſatis depredicata. Nec minora quoque exſtant VESTRI, quo incolarum incolumitatem complectimini, amoris documenta: quem, ut ex multis pauca attingamus, tot ſanitatis præſidia, in languentium commoda erecta, & à VOBIS ſingulari munificentia ſuſtentata, luculenter produnt, nec non nuperrima, eaque fatalia inprimis, abuncte teſtantur tempora, utinam nunquam reuerſura! Ut hoſpes certe ſit, oportet, qui ignorare; impius, qui negare illa auſit. Quin imo ex omnibus minimum etiam non eſt, quod præſens hoc opuſculum, jam pridem à VOBIS deſideratum, nunc uero auſpiciis VESTRIS â nobis concinnatum, in uſum publicum liberalitate VESTRA emittatur. Digniſſimi itaque querna illa corona, quæ in Veterum nummis apparet cum

lem-

lemmate: *OB CIVES SERVATOS.* Quapropter etiam tenui huic libello, quem, pia ducti obſeruantia, AMPLISSIMIS VESTRIS NOMINIBUS inſcribimus, propitium uultum non uani pollicemur; & hoc beneuolentiæ genus, ſi impetrauerimus, animos noſtros accendet, ut, ſtudiis & officiis noſtris ulterius VOS demereri nunquam deſiſtamus. De cætero Deo Opt. Max. ſupremo ſalutis noſtræ ſtatori, ſupplicamus, ut VOS pios, prudentes, conſiliis ualentes, corporibus incolumes, ſerâ poſteritate fœcundos præſtet, atque florentes. Plura non addimus, nam uenerabundo potius ſilentio, quam incompto uerborum ambitu, colit ac ſuſpicit

ILLUSTRIA atque AMPLISSIMA
NOMINA VESTRA

*deuotisſimum*

COLLEGIUM MEDICUM RATISBONENSE.



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 17 sur 149

# AD LECTOREM.

DUm omnium conſpectui hunc materiæ Medicæ conſpectum offerimus, in limine ſtatim lectores morari, & pauca quædam præfari, conſultum duximus, ut, quo conſilio collectus, quibusue de cauſis luci publicæ commiſſus fuerit, omnibus pateſceret; ne, ipſum opus properanter ingreſſi, præmaturis, iisque ſiniſtris, judiciis onerare illud contendant, quæ promeruiſſe, neutiquam ſperamus. Non peruerſus equidem ille ſcriptitandi pruritus nos impulit, & ſeculi cacöethes, qua plurimi, ceu pica laborant, & cruda non minus, quam cocta, inconſiderate, & inuita Minerua, imo Lucina, abortiunt potius, quam enituntur, ut, ſi non famam, uile tamen lucellum, aucupentur. Sed juſta AMPLISSIMI SENATUS deſideria, ſuosque juuandi ardor, ad ſuſcipiendum hoc opus, nos inflammarunt, ut, more aliarum bene conſtitutarum prouinciarum & Rerumpublicarum, etiam in hac ciuitate extaret diſpenſatorium, quod pharmacopœis noſtratibus pro communi quadam norma eſſet, ſecundum quam medicamenta præparare & componere obligarentur,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 18 sur 149

*tur; nobis autem, lapidis inſtar Lydii, inſerviret, ad quem præparata aeque, ac compoſita reuocare, & in uiſitationibus annuis examinare, tuto liceret. Licet enim, in defectu hujus, peculiare interim* Magnificorum *rei pharmaceuticæ* Directorum *mandatum ad pharmaciam Auguſtanam ipſos adſtringeret, fieri tamen non potuit, ut his limitibus diu continerentur, quin mox alius alium, tanquam præſtantiorem, aut elegantiorem, pharmaca ſua componendi modum arriperet, unde ingens enata eſt medicamentorum, & præcipue illorum, quorum deſcriptiones dicta pharmacia non complectitur, diſcrepantia, & ſæpius unum idemque, diuerſe in diuerſis officinis elaboratum, tantum ab altero differebat, ut idemne, an aliud, eſſet, uix Oedipus diuinaret. Non poterant non ægre ferre declinationem iſtam* Grauiſſimi Directores, *& ulceri huic medelam quærentes, de condendo diſpenſatorio cogitationes ſuas renouare cœperunt, nobisque, AMPLISSIMI SENATUS ſuffragiis ſuffulti, operis maturationem gratioſe demandarunt. Igitur animis ſtudiisque concordes conſedimus, ſolicite, apum more, undique conquirentes, quæ in ſcopum collimare, & uſum conferre, uidebantur, quibus in certas claſſes digeſtis, obſoletis uero, quæ in nullius utilitatem, niſi tinearum & uermium prædam, hactenus aſſeruata erant, maximam partem ſegregatis, ſimplicia quoque adjecimus. Quippe quæ non minori conſideratione digna ſunt, &, an rite præparata ſint, ſcire, noſtra permagni intereſt; quia uitium, in his commiſſum, in compoſita dimanat, & eo nocentius tunc eſt, quod ferme non prius, niſi cum ægrotantium damno, animadvertatur. Utrum autem tam felices eſſe, nobis contigerit, ut uotorum, quae Clariſſimi Viri,* Ludouici & Riuinus *potiſſimum, pro materia Medica, à ſordibus repurganda, conceperunt, compotes facti ſimus, ipſi affirmare non audemus. Nam ſi uel maxime in id incubuiſſemus, conſiderandum tamen erat, nobis non ſolis patere*

*offi-*

*officinas, ſed quotidie à plebejis, nec non aliis, nobis inconſultis, ejusmodi inde peti, & à Medicis, in uicinia Medicinam factitantibus, accerſi, quæ, ſi res penes nos ſolum ſtetiſſet, locum hic non inueniſſent. Opus ergo tam nitidum, omnibusque numeris abſolutum, inter pia deſideria potius referri meretur, cum Deo & die forſitan conſequenda. At at nihil ex nobis profectum, omnia ex aliis compilata, & ex nouem pharmaciis decimam confectam eſſe, quiritaris cenſor! ſed, bona uerba, quæſumus, & ne negligentiæ, vel deſidiæ prorſus, tribuas, quæ præmeditato conſilio facta ſunt, ſerio te monemus. Non enim in laudis aucupium, & doctrinæ oſtentationem, apparata ſunt, quæ uides, ſed, quod crebrius jam dictum, in ſalutem publicam unice deſtinata; quæ rectius conſeruari non poterat, niſi ea retinerentur, quæ exercitatiſſimorum in arte noſtra Virorum auctoritas ſubminiſtrauit, experientia confirmauit, uſus nobilitauit. Leue etenim negotium fuiſſet, nouas fingere formulas, hasque illis ſubſtituere, ſed quem in finem, aut fructum? Forte, ut priora remedia egregia, & probata, ſitu in officinis conſumerentur, noua uero, inexperta, & magnis ſumtibus comparata, non ſine ægrorum periculo, in uſum uocarentur, & ſic haberent proterui & inſolentes obtrectatores, quod, Medicos experimenta per mortes agere, cum Plinio jure nobis objicerent. Hinc etiam merito dubitauimus, temere quædam immutare, demere, uel addere, & ingredientia, quæ hinc inde in formulis diſperſa, & confuſa conſpiciuntur, ſedibus ſuis reſtituere, ne, dum reformare quædam tentauerimus, deformata illa maleuoli criminentur, ſua ſuis intecta potius relicturi, unde mutuo accepimus. Vires inſuper remediorum, hic omiſſas, fruſtra dolet, & inuidiæ nos incuſat, qui medendi methodum non callet: ſine qua apte de illis judicare nemo ualet, & ſanitati ſuæ male conſulit, quicunque encomiis & pollicitationibus iſtis, quas fauſtus euentus non raro deſtituit, nimium confidit; hac autem*

)( )( 2 *cognita*

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 20 sur 149

*cognita, neque ignotæ eſſe poſſunt, neque infeliciter adhiberi, quamuis ſilentio prætereantur. His quoque ex cauſis in eam, qua cætera diſpenſatoria turgent, molem non excreuit, ſed pauciori paginarum numero comprehenditur, utilitate tamen, ſi nobis ipſi non inepte blandimur, reliquis non inferius. Tandem certum ſingulis medicamentis pretium conſtituimus, & æquum, quod, ſub taxae nomine, in ſeriem Alphabeticam relatum, & indice Germanico inſtructum; calci libri adjiciendum curauimus. Quod ſi plura quis à nobis requirat, & mancum mutilumque laborem hunc cauſetur, legat, quod à* Seneca *olim proditum fuit: Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, ſed non peregerunt: multum adhuc reſtat operae, multumque reſtabit, neque ulli nato poſt multa ſecula praecidetur occaſio, aliquid adhuc adjiciendi.*

# DISPENSATORIUM PHARMACEUTICUM RATISBONENSE.

## A.

*Acaciæ Ægyptiacæ Succus.*

ACETORUM SELECTUS.

### ACETUM BEZOARDICUM. MYNSICHTI.

*Pharm. Argent. pag. 2.*

℞. Radicis ſcorzoneræ,
angelicæ,
dictamni albi ana unciam unam,
tormentillæ,
zedoariæ,
enulæ campanæ ana unciam ſemis,
camphoræ drachmam unam ſemis.

Pulveriſatis & mixtis affunde Spiritus vini & aceti vini ſambucini ana ad ſex digitorum ſupereminentiam, ſtent in vitro optime clauſo, donec perfecte tingantur, poſtea filtrentur & ad uſum ſerventur.

*Acetum roſarum.*
*rutæ.*
*ſambuci.*

Per infuſionem paranda cum aceto deſtillato.

## A.

### ACETUM SQUILLITICUM.

℞. Squillæ præparatæ libram unam,
aceti acerrimi libras octo.

Fiat digeſtio per aliquot dies, dehinc filtratio.

### ACETUM THERIACALE.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 94.*

℞. Radicis chelidonii majoris unciam unam ſemis,
angelicæ,
oſtrutii,
gentianæ,
biſtortæ,
valerianæ,
pimpinellæ,
dictamni albi,
carlinæ,
zedoariæ ana drachmam unam,
plantaginis majoris drachmam unam ſemis,
foliorum ſcordii,
cardui benedicti,
dictamni Cretici ana pugillos duos,
corticum & ſeminum citri ana drachmam unam ſemis,

A.

granorum juniperi drachmas duas,
nucleorum nucum juglandium uncias duas,
ſantali citrini drachmam ſemis,
infundantur omnia in
aceti rutacei libris quatuor,
atque ſic in vitro probé clauſo infuſa permaneant.

## ACETUM VINI SIMPLEX.

Nota : quò melius vinum, eò melius acetum; hinc bonæ notæ acetum eligendum eſt.

## ACETUM VINI DESTILLATUM.

℞. Aceti vini bonæ notæ quantum ſatis, inde retortæ, ita, ut tertia circiter pars vacua remaneat, immitte deinde retortam in catinum arena repletum, adapta recipiens vitrum & leni igne deſtillationem inchoa, ſic ab initio deſtillabit pars aquoſior. Quando phlegma jam prodiit, id quod quidam tanquam inutile rejiciunt, ſed malé, lutandæ vaſorum juncturæ & ignis fortius urgendus, ſic ſpiritus aceti albiſſimi elevabuntur. Ubi circiter duæ partes exſtillarunt, & in retorta apparuit ſubſtantia melliformis, tunc ab operatione ceſſandum, ne empyrevmaticus exiſtat ſpiritus.

*Ægagropilæ.*

## ÆS USTUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 249.*

Æris bracteæ in fictile immittantur, interpoſito inter ſingulas lamellas ſalis communis aut ſulphuris pulvere, atque ſic ſtratum ſuper ſtratum paretur, quod igne ſufficienter uratur; calx vel cinis relictus aquâ calidâ ſæpius affuſâ edulcoretur; qui rubicundus evadit à ſale vel nitro, niger autem, ſic cum ſulphure præparatur.

*Ærugo.*

## ÆTHIOPS MINERALIS.

*Diſp. Brand. pag. 3.*

℞. Mercurii currentis probè aceto & ſale depurati, à ſale rurſus abluti ac optime exſiccati uncias quatuor, florum ſulphuris uncias tres, miſceantur in mortario vitreo, piſtillo perinde vitreo, aut ligneo exacté mundo, ſedulo piſtillum circumrotando ſubigantur, donec mercurius floribus mixtus plané diſpareat, nec uſquam ejus quicquam aut veſtigium aliquod appareat; ſed ſolicité ſubactus & in pulverem tenuiſſimum fuſci coloris redactus, temporis tandem tractu in nigerrimum vertatur.

*Agaricus albus electus.*

*Album græcum.*

*Aloë caballina.*

*Aloë hepatica.*

## ALOE SVCCOTRINA DEPURATA

*Diſp. Brand. pag. 3.*

℞. Aloës ſuccotrinæ quantum vis, ſolve aquâ fontanâ ſimplici (etiam absque coctione, ut quibusdam placet) ſolutam filtra, & in balneo vaporoſo exhalando ad conſiſtentiam pilularum inſpiſſa.

## ALOE INSUCCATA.

*Diſp. Brand. pag. 4.*

℞. Aloës ſucco roſarum ſolutæ & inſpiſſatæ libram unam,
ſucci roſarum,
violarum purpurearum,
borraginis,
bugloſſi ana quantum ſufficit,
imbibatur & denuo exſiccetur, uſuique ſervetur.

## ALOE INSUCCATA TARTARISATA.

*Diſp. Brand. pag. 4.*

℞. Aloës præſcriptæ inſuccatæ uncias ſex,
cremoris tartari uncias duas,
miſceantur exacté & pro uſu ſerventur.

*Alumen crudum,*

*Alumen plumoſum.*

ALU-

# A.

## ALUMEN USTUM.

*Pharm. Aug. Ren. p. 250.*

℞. Aluminis quantum volueris, ponatur in fictile novum & tamdiu uratur, donec totum alumen, ſpiritibus expulſis, poroſum & quaſi ſpumoſum evaſerit.

*Ambra gryſea.*
*nigra.*
*Amygdala amara.*
*dulcia.*
*Amylum.*
*Anacardia.*
*Antheræ liliorum alborum.*

## ANTIHECTICUM POTERII.

*Diſp. Brand. pag. 5.*

℞. Reguli antimonii martialis ſtellati partem unam,
Jovis Anglici partes duas.

Colliquata ſucceſſive præmittendo regulum *Jovi*, in crucibulo tecto, in pulverem comminue, cui adde nitri optimé depurati (aut cum ſale armoniaco ex arte combinati, cujus methodum vide ſis apud authorem Manium Poterianorum) triplum totius, & exacté miſce. Mixta in crucibulo forti & ignito ſatis capaci, ſucceſſive ſingulis vicibus drachmam circiter injiciendo, detona, cave, ne inter detonandum heterogenei quid, carbonum præſertim incidant, poſtea crucibulo tecto, igne auctiori liqua, ſtentque in fluore horæ quadrantem circiter, refrigeratæ & in pulverem ſubtilem redactæ maſſæ, aquam pluviam calentem affunde, ac nitri potiorem partem, piſtillo ſæpius agitando, elue, effunde lacteum inde prolectum liquorem, idque itera, donec in fundo nil niſi arenulæ & impuritates, inter colliquandum fortaſſis illapſæ, reliquæ ſint. Emulſiones omnes in vitrum amplum & capax effuſæ ſtent loco quieto tectæ, donec ſubſideant, tum decantata & per emporeticam colatâ aquâ pulvis candidiſſimus

# A.

ſiccetur lento ac leni calore, pro antihectico communi ſatis efficaci.

*Antimonium crudum.*

## BUTYRUM ANTIMONII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 294.*

℞. Mercurii ſublimati corroſivi,
antimonii electi ana libram unam,

pulveriſata in mortario marmoreo optime miſceantur, cavendo à fumo exhalante & retortæ, tertiam circiter ejus partem vacuam linquendo, injiciantur, ſuper infuſo uno alterove aquæ ſimplicis cochleari. Poſtea ex arena fiat deſtillatio in liquorem craſſum inſtar butyri, quem dein cinnabaris, ſenſim ad latera colli retortæ adhærens inſequitur; quæ fracta retortâ colligatur, & aliquoties aquâ fontanâ abluatur, butyrum vero per reſidentiam depuretur.

## CINNABARIS ANTIMONII.

Quia ex eodem proceſſu cinnabaris antimonii obtinetur, diffuſæ hujus diſcriptioni ſuperſedere placuit.

## CLYSSUS ANTIMONII.

*Diſp. Brand. pag. 45.*

℞. Antimonii crudi,
nitri,
ſulphuris, ana quantum vis.

Pulveriſata miſce & in retortam tabulatam infermé candentem, recipiente capaci, cui aliquid aquæ ſimplicis, aut alterius appropriatæ qualiscunque, veluti carduibenedicti, florum ſambuci &c. &c. infuſum adaptato, nec exacté nimis lutato ſucceſſivé cochleatim (ſed cave nimium, drachmam forte ſemis ſingulis vicibus) ingere, ac mox exacté fruſtulo luti madidi linteolo involuti tubulum claude, ubi nebulæ in recipiente ceſſaverint, perge ingerendo, donec omnis materia ingeſta detonuerit, tum ſpiritum omnem in retorta collectum à cuticula ſupernatante, retortam hinc inde agitando eluenda per filtrum ſepara, atque aquam, ſi ſimplicem adhibueris, à clyſſo leniter abſtrahendo ſepara, huncque in vaſe optimé clauſo ſerva.



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 24 sur 149

A. A.

## ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 319.*

℞. Antimonii optimi libram unam,
ſalis petræ depurati & ſiccati libras tres.

Pulveriſata & bene mixta in crucibulum ignitum ſucceſſive injiciendo detonentur, quo peracto, aquâ fontanâ frigidâ copioſâ maſſa diluatur, & commovendo pulvis ſubtilior cum ea decantetur, exſiccandus, poſtquam reſederit & probe edulcoratus fuerit. Aqua verò exhalando ſuppeditat nitrum antimoniatum, quod ſeorſim pro uſu eſt aſſervandum.

## ANTIMONIUM DIAPHORETICUM REGULINUM.

*Schröd. pag. 429.*

℞. Reguli antimonialis partem unam,
nitri cryſtalliſati partes tres,

fluant ſuper carbones per horam, dein edulcora, ſeparando reguli grumos, qui in fundo colliguntur. Pulvis leni igne exſiccatus dicitur ceruſſa antimonialis. Hunc pulverem ſi denuo cum nitro calcinaveris, vel ſine fuſione ad citrinum colorem reverberaveris, planè fit diaphoreticus, diciturque ceruſſa diaphoretica.

## ANTIMONIUM MARTIALE CACHECTICUM.

*Diſp. Brand. pag. 6.*

℞. Antimonii crudi ſubtiliſſimé pulveriſati,
limaturæ chalybis aut ferri ſubtiliſſimæ
ac puriſſimæ partes æquales,
nitri optimé depurati triplum reſpectu totius.

Miſce conterendo exquiſité, tum ſucceſſivé in crucibulo forti & valde capaci ignito paulatim & per vices detona, expectando ſemper, donec antecedens ab ebullitione ceſſaverit & liquefactum fuerit, admodum enim ebullit; ac niſi cauté ac tardé proceſſeris, atque crucibulum ſatis ſit capax efferveſcendo regurgitat. Cave ergò, ne oleum perdas ac operam, neve carbonum quid in crucibulum incidat, regulum alioqui loco diaphoretici nanciſceris. Ubi omne detonuerit, crucibulum exacté tege ac ignem auge, donec inſtar aquæ fluat, ſicque per quadrantem horæ, ac diutius, ſi potes, in fluore ſerva, tum in mortarium ferreum mundum & calefactum infunde, ac induratum piſtillo, etiam calente, comminue quam potes minutiſſimé, poſtea affuſâ aquâ fervidâ ſalſedinem nitri aliquatenus elue ac edulcora, tandemque ſiccatum ſuper marmore læviga. Eodem prope modo etiam Jovem Anglicum loco martis ſumendo paratur diaphoreticum Joviale.

## FLORES ANTIMONII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 318.*

℞. Antimonii Hungarici libram unam, tere in ſubtilem pulverem & ex vaſe terreo in aludel, ſive ollas artificioſé ſibi incumbentes applicato ſuperne alembico roſtrato ſublima ſecundum artem, dando ignem moderatum, ne antimonium fluat, floresque diverſi coloris ſeparatim colligendo & ſervando.

## HEPAR ANTIMONII.

*Collect. Chim. Leyd. pag. 29.*

℞. Antimonii crudi minutiſſime
pulveriſati & cribrati,
nitri optimi itidem pulveriſati
ana uncias duas.

miſceantur exacté & detonentur in mortario ferreo (vel crucibulo) ad latus (ſub camino) poſito, injiciendo cochl. 1. pruna candenti accendendum: ſic in momento materia, inſtar pulveris pyrii inflammabirur (diligenter ſpatulâ ferreâ vel forcipe movenda, ut bene accendatur) huic fere combuſto, (antequam extinguatur) alterum eſt injiciendum cochl. Sic tota maſſa abit in unam glebam bruneam (ſive ſpadiceam, id eſt, colo-

A.

coloris, caſtanearum, ſimilis parenchymatis hepatis animalium,) quæ maſſa Chimicis *Hepar Antimonii* vocatur.

## REGULUS ANTIMONII SIMPLEX.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 322.*

℞. Antimonii electi libras duas,
tartari libram unam ſemis,
nitri uncias ſedecim.

Miſceantur & in crucibulo ignito detonentur, poſtea igne ſuppreſſionis adhibito in fluorem deducantur, in conum fuſorium calefactum & ſebo illitum effundantur, conum, ut in fundum abeat regulus, concutiendo, tandem ſcorias ab eo ſeparando & regulum aqua abluendo, ex ſcoriis vero aqua ſolutis, crocum metallorum, atque per præcipitationem crocum emeticum, vulgo ſulphuris aurati diaphoretici nomine notum, ſeparando.

## REGULUS ANTIMONII MARTIALIS.

*Pharm. Argent. pag. 251.*

℞. Clavorum ferreorum purgatorum uncias octo, candefactis in crucibulo injice ſucceſſive,
antimonii Hungarici uncias ſedecim, optime fuſis adde
nitri uncias tres,

fluant *ſic* probe per horæ quadrantem & ultra, igne ſat forti ad *in*ſtar aquæ, & tandem in calicem fuſorium ſævo illitum fundantur, calicem malleolo in ipſa fuſione continuo percutiendo, ſicque promovendo reguli ſubſidentiam & ſeparationem. Refrigeratis poſt omnibus eximatur tota maſſa, cui in fundo adhærebit regulus, ſuperiori ſua parte jam dum ſtellam obſcuré repræſentans, qui à ſcoriis ſeparandus & denuo ſecunda & tertia vice, additis ſemper nitri duabus vel tribus partibus fundendus ac calici fuſorio immittendus eſt; ſingulis autem vicibus ſcorias ſeparando. Sic mox in ſecunda aut tertia fuſione ſtella

A.

in ſuperna reguli parte exacte repræſentabitur, ac ſi arte, juxta dimenſionem figurata fuiſſet.

## REGULUS ANTIMONII MEDICINALIS.

*Diſp. Brand. pag. 100.*

℞. Antimonii crudi optimi uncias quinque,
ſalis communis uncias quatuor,
tartari unciam unam.

Trita in pulverem tenuem exacte miſce ac crucibulo paulatim & ſucceſſive inſperſum igne ſufficienti adminiſtrato liqua; ſed nota, ne, antequam quod primum injeceris, optime fluat, aliud denuo in ſpergas, alias tempus & operam perdes, ubi omne fuerit ingeſtum, igne auctiori fluat per horæ quadrantem inſtar aquæ, poſtea igne exemtum crucibulum quieſcat & refrigeretur, ſic ſcoriæ cum ſalibus in ſuperficie, regulus in fundo picei coloris ſplendens fracto crucibulo reperietur, quem à fragmentis ac ſcoriis ſeparatum & ſubtiliſſime tritum ſub forma pulveris punicei, ut vulgo audit, brunni coloris, vaſe optime clauſo ſerva.

## SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

*Diſp. Brand. pag. 189.*

℞. Scorias reguli antimonii martialis primæ fuſionis; pulveriſentur refrigeratæ, aut quod melius, exponantur aëri libero mox à fuſione, loco à pulvere & pluvia ſemoto, diem unum aut alterum, donec in pulverem nigrum fatiſcant; hunc pulverem in vitrum capax impone ac ex eo affuſâ aquâ ſufficiente ſimplici fontanâ aut pluviâ fac lixivium, pulverem aliquoties bacillo ſubruendo, donec ſulphur ſali combinatum, ſuccesſivâ affuſione & effuſione aquæ omne ſit extractum. Extractiones omnes confuſæ ſtent horas viginti quatuor



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 26 sur 149

tuor immotæ, poſtea per chartam emporeticam trajiciantur. Filtrato huic lixivio *in* vitro, aut ollâ mundâ debite vitreatâ cochleatim infunde tartari albi *puriſſimi*, in aqua fervida & probe filtrata, factam ſolutionem, quâ ſucceſſive copiâ ſatis magnâ affuſâ præcipitabitur ſulphuris antimonii initio rubri & ſaturati coloris, mox magis aurei, tandemque citrini & pallidioris, omne ſic præcipitatum ſulphur, præſertim primæ præcipitationis à ſupernatante aqua ſeparatum in filtro reſtans pulveris forma, *ſolis* aut alio moderato calore ſicca, quod ſulphuream indolem prunæ injectum flamma cœrulea ſatis demonſtrat. Siccatum in vitro aut olla priori pura cum aqua calcis vivæ ſaturata & ſatis acri horas quatuor continuas igne ſufficienti ſtrenue coque, abſumtæ evaporando aqua recentis calcis aquam identidem reaffundendo, donec fixatum continuâ coctione ſulphur illud antimonii fixum fundum ſponte petat, nec ad ſuperficiem ulterius *aſcendat*, quod tum demum à reſtante lixivio ſeparatum in crucibulo forti tecto, igne ſatis valido ignito, per quadrihorium integrum & continuum calcinandum ac reverberandum & bacillo ferreo ſubinde caute agitandum, quô, ſi quid illi adhuc ſulphuri phlogiſti inhæreat, igniendo hâc ratione penitus exhalet, relicto pulvere purpureo, omnem flammæ vim ſtupendâ fixitate eludente, miræ, ad promovendam blande diaphoreſin & movendum cum euphoria ſudorem, virtutis & efficaciæ.

## VITRUM ANTIMONII HYACINTHINVM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 322.*

℞. Antimonii Hungarici ſubtiliſſimè triti quantum libet.

Calcinetur in humili olla non vitreata ſupra ignem lentum, donec fumum amplius non emittat, & in pulverem cineres colore referentem convertatur, rutabulo in extremo reflexo, interea ſedulo agitando, atque in grumos forte ſi concreſcat, iterum terendo & ulterius calcinando. Tum pulvis gryſeus in crucibulo, furno anemio impoſito, forti igne liquetur, &, ubi colorem debitum pellucidum, quod ex maſſula ferro intincto adhærente cognoſcendum eſt, acquiſiverit, mox ſupra pelvim æneam, vel in modulum pro lubitu formatum, effundatur.

### ANTOPHYLLI.

## *Aquæ deſtillatæ ſimplices & compoſitæ.*

## AQVA ABSINTHII CVM VINO.

℞. Herbæ abſinthii recentis quantum vis, vini bonæ notæ quantum ſatis.

Stent in digeſtione per 24. horas, deſtillatio fiat per alembicum.

## AQVA ACACIARVM FLORVM.

℞. Florum acaciarum recentium collectorum quantum placet. Infuſio fiat in aqua ſimplici vel in aqua dictorum florum ipſa ad obtinendum odorem validiorem, fiat lege artis deſtillatio.

## *Aqua acetoſæ.*
## *acetoſellæ.*

Ad modum prius deſcriptæ fiat deſtillatio.

## *Aqua alchimillæ.*
## *alkekengi.*

eâdem methodo deſtillandæ.

## AQVA ANHALTINA.

*Diſp. Brandenb. pag. 10.*

℞. Terebinthinæ libram ſemis,
thuris maſculi libram unam,
ligni aloës uncias tres,
caryophyllorum,
cinnamomi acuti,

cube-

A.

cubebarum,
florum anthos,
galangæ,
granorum maſtiches,
nuciſtæ, ana drachmas ſex,
croci Orientalis integri drachmas duas cum ſemiſſe.
baccarum lauri,
ſeminis fœniculi ana unciam ſemis.

Pulveriſata infundantur in ſpiritus vini libris quinque, digerantur per dies ſex, tandemque additis moſchi in petia ligati & alembici roſtro impoſiti granis quindecim, deſtillentur lentiſſimo balnei calore. Quod clarum eſt, ſeparetur à turbido & ſeorſim ſervetur.

## AQVA ANTISCORBVTICA TEMPERATA.

*Diſp. Brand. pag. 12.*

℞. Herbarum omnium recentium:
acetoſæ,
agrimoniæ,
beccabungæ,
chelidoniæ minoris,
cichorii,
cochleariæ,
cuſcutæ,
fumariæ,
trifolii aquatici,
veronicæ ana manipulos tres.

Inciſæ miſceantur, ſuperfuſis aquis earundem propriis ana ſuff. quant. & per balneum maris deſtillentur ad ſiccitatem, cavendo empyrevma.

## AQVA APOPLECTICA.

*Wed. chim. pag. 44.*

℞. Radicis pœoniæ maris unciam unam,
florum ſpicæ nardi,
liliorum convallium ana manipulos duodecim,
cheiri,
roſmarini,
pœoniæ,
betonicæ,
paralyſeos,
ſalviæ,

A.

herbæ ſerpilli,
chamædryos,
chamæpyteos,
polii montani,
herbæ mari veri ana manipulum unum,
cubebarum, unciam unam ſemis,
caryophyllorum aromaticorum,
nucis moſchatæ,
macis,
zingiberis,
cardamomi ana unciam ſemis,
ſpiritus vini quantum ſatis.

Stent infuſa per diem noctemque unam alteramque hinc ex veſica cum refrigeratorio deſtillentur. Ubi prodit 1) ſpiritus limpidus vinoſus, 2) ſpiritus lacteus aromaticus, in quo vis oleoſa aromatica reſoluta, miſcendus cum priori, 3) ſecundaria reliqua cum aliquot guttis olei quandoque. Miſcetur & roboratur commode cum ſpiritu ſalis armoniaci volat. oleo lavendulæ vero, oleo rutæ vero, eſſentia caſtorei &c.

## *Aqua artemiſiæ.*

Deſtillatio illius ad normam ſuperius deſcriptarum fiat.

## AQVA ARTHRITICA CUM ET SINE CAMPHORA.

℞. Spiritus lumbricorum terreſtrium,
formicarum, ana libram ſemis,
ſerpilli, uncias quatuor.

Miſce, quibus pro intentione Medicorum camphora vel addi ſtatim vel omitti poteſt.

## AQVA ASTHMATICA.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 260.*

℞. Radicum enulæ uncias duas,
Jreos Florentinæ unciam unam ſemis,
herbarum hyſſopi,
pulmonariæ,

A.

ſalviæ hortenſis ana manipulum unum,
ſeminis aniſi,
fœniculi,
cinnamomi acuti ana unciam ſemis,
cardamomi drachmas duas,
croci ſcrupulos duos,
ſpiritus vini libram unam,
aquæ ſcabioſæ,
tuſſilaginis,
veronicæ ana libram ſemis.

Digerantur per triduum, poſtea deſtillentur in balneo Mariæ.

## AQVA AURANTIORUM FLORUM SIVE NAPHÆ.

Collecti flores in vaſe bené clauſo aſſervandi, & aquâ ſimplici, vel propriâ eorundem affuſâ, ſecundum artem deſtillentur, cavendo empyrevma.

*Aqua beccabungæ.*
*bellidis florum.*
*betonicæ.*
*borraginis.*
*bugloſſæ.*
*burſæ paſtoris.*

ad modum reliquarum aquarum ſimplicium fiat deſtillatio.

## AQVA CALCIS VIVÆ.

℞. Calcis vivæ, quantum vis, ſuperfundatur aqua foliorum quercuum, poſt ebullitionem decantetur aqua ſupernatans.

Nota: Licet hæc aqua per modum deſtillationis non paretur; nihilominus huic claſſi inſerere eam placuit, quia cum aqua deſtillata ejus præparatio inſtituta fuit.

## AQVA CARBUNCULI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 261.*

℞. Florum roriſmarini,
liliorum convallium,
violarum,
borraginis ana uncias tres,

A.

lavendulæ unciam unam,
herbæ majoranæ,
ſalviæ,
nucis moſchatæ,
macis,
zingiberis,
caryophyllorum,
cinnamomi,
galangæ,
baccarum juniperi,
viſci querni,
ſeminis pœoniæ ana unciam ſemis,
cardamomi unciam unam,
vini generoſi,
aquæ roſarum,
fragorum,
lavendulæ ana libras tres.

Fiat infuſio per octiduum in loco tepido poſtea ſecundum artem deſtillatio. Liquori deſtillato ſplendoris, vulgo expetiti, cauſâ, foliola auri immergi ſolent.

*Aqua cardui benedicti.*
*cardui Mariæ.*

deſtillantur ſimpliciter juxta artis leges.

## AQVA CARMINATIVA.

*Dorncrellii, Pharm. Aug. Ren. pag. 262.*

℞. Florum chamæmeli Romani manipulos triginta tres.
corticum aurantiorum exteriorum drachmas ſex,
herbarum abſinthii Pontici manipulum ſemis,
centaurii minoris,
pulegii,
origani ana pugillum unum,
ſeminis anethi uncias duas,
aniſi,
fœniculi ana unciam unam,
carvi unciam ſemis,
cardui benedicti drachmas duas,
Mariæ drachmas ſex.

Inciſa & contuſa infundantur per octiduum in aqua chamæmeli libris octo, poſtea in Mariæ balneo deſtillentur.

*Aqua*

A.

## *Aqua centaurii minoris,*

More ſolito, Pharmacopœis noto, deſtillatur.

## AQVA CEPHALICA CAROLI V.

*Diſp. Brandeb. pag. 17.*

℞. Summitatum majoranæ,
melisſæ,
origani,
florum anthos,
lavendulæ,
liliorum convallium,
roſarum rubrarum,
ſalviæ ana manipulos quatuor,
caryophyllorum,
nucis moſchatæ ana uncias duas,
cardamomi,
cinnamomi,
cubebarum,
granorum paradiſi,
macis ana unciam ſemis.

Sciſſa & contuſa groſſo modo infunde in ſpiritus vini optimi libris ſex, ſtent per dies ſex in loco calido & poſtea lege artis deſtillentur. Si libuerit,
ambræ gryſeæ &
moſchi grana aliquot,
aliquotæ illius deſtillatæ parti, aut roſtro etiam alembici imponi poterunt, pro iis, qui odorem ferre poſſunt.

Nota: Aliis torna ſolis optimi parte modica tincta, ſub nomine aquæ cephalicæ rubra venit.

## *Aqua ceraſorum nigrorum,*
## *chærefolii,*
## *chamædryos,*
## *chamomillæ,*
## *chelidoniæ,*

deſtillentur modo conſveto.

A.

## AQVA CHEIRI FLORVM, CVM VINO.

℞. Florum cheiri recenter collectorum quantum placet,
macerentur in vino generoſo & deſtillentur lege artis per alembicum.

## *Aqua cichorii*

ſimplici modo deſtillanda.

## AQVA CINNAMOMI CORDIALIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 262.*

℞. Aquæ borraginis,
bugloſſæ,
roſarum,
violarum ana libram unam,
cinnamomi electi uncias tres,
poſt triduanam infuſionem fiat deſtillatio.

## AQUA CINNAMOMI CYDONIATA.

*Pharm. Aug. Ren. p. 262.*

℞. Succi cydoniorum recenter expreſſi libras tres,
cinnamomi electi uncias duas ſemis,
fiat infuſio per triduum, poſtea deſtillentur.

## AQUA CINNAMOMI VINOSA.

℞. Cinnamomi electi quantum vis, minutim conciſis ſuperfundatur vini Hungarici quantum ſatis; maceratio fiat in vaſe clauſo, poſtea deſtillatio ut artis eſt.

## AQUA CITRI è TOTO.

℞. Pomorum citri cum pulpa & ſeminibus in fruſta diſſectorum num. viginti,
aquæ fontanæ libras ſex.
Stent in loco calido horas viginti quatuor, poſtea deſtillentur Mariæ balneo.



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 30 sur 149

A.

## AQVA COCHLEARIÆ,

recenter collecta cochlearia ex aqua ſimblici poſt peractam infuſionem deſtillatur.

## AQVA CONFORTATIVA PERLATA.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 262.*

℞. Aquarum ceraſorum nigrorum,
roſarum,
borraginis,
bugloſſi,
florum violarum,
tiliæ ana uncias ſex,
cinnamomi optimi unciam unam ſemis,
margaritarum præparatarum ſcrupulos duos,
coralliorum alborum præparatorum drachmam unam,
cornu cervi ſpagyricé præparati ſcrupulos quatuor,
ſacchari perlati uncias quinque.

## AQVA CORDIALIS TEMPERATA.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 262.*

℞. Cinnamomi acutiſſimi uncias tres, drachmas duas,
corticum citri exteriorum unciam ſemis,
ligni aloës optimi drachmas duas,
ſantali citrini unciam ſemis,
ſeminis ocimi caryophyllati drachmas tres,
galângæ,
caryophyllorum,
macis,
nucis moſchatæ ana drachmam unam ſemis,
cardamomi drachmas tres,
florum lavendulæ drachmam unam,
borraginis unciam unam,
roſarum uncias duas ſemis,
croci Auſtriaci ſcrupulos duos,
typharum ſucculentarum cornu cervi junioris & recenter capti uncias quatuor,

A.

inciſa & trita infundantur in
vini Malvatici
ſucci pomorum redolentium,
é rubo Jdæo ana libra una,
aquarum borraginis,
bugloſſi, ana libra una ſemis,
roſarum libris duabus ſemis,
ceraſorum nigrorum,
meliſſæ ana libra ſemis,
in vaſe vitreo bené clauſo, diebus octo, deinde in balneo deſtillentur, in cujus liquoris mediâ parte infundantur
ambræ gryſeæ veræ,
moſci Orientalis ana grana ſeptem,
reliqua medietas ſervetur incompleta.

## *Aqua cyani florum.*

Deſtillatio hujus aquæ pharmacopœis per ſe nota eſt.

## AQVA DIURETICA è NUCLEIS.

*Diſp. Brand. pag. 18.*

℞. Amygdalorum amarorum,
nucleorum Perſicorum contuſorum ana numero quinquaginta,
ceraſorum nigrorum numero centum,
florum ſambuci manipulum unum,
vini Rhenani generoſi libras tres.
Contuſa ſtent per dies octo in infuſione loco calido, dein deſtillentur lege artis per balneum maris.

## AQVA EMBRYONUM, ALIAS BALSAMUM,

*Pharm. Aug. Ren. pag. 263.*

℞. Nucis moſchatæ uncias tres ſemis,
caryophyllorum,
cinnamomi,
zingiberis,
cubebarum,
granorum paradiſi,
zedoariæ ana uncias duas,
macis unciam unam ſemis,
galangæ drachmas ſex,
croci drachmas duas,
florum tunicæ,

flo-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 31 sur 149

A.

florum tiliæ ana libram unam,
lavendulæ,
herbæ ſalviæ,
carvi,
fœniculi, ana uncias tres,
menthæ criſpæ,
radicum pœoniæ,
ſeminum ejusdem,
viſci querni ana uncias duas,
*medullæ* panis triticeæ adhuc à furno calentis libras duas,

Inciſa & contrita infundantur per viginti quatuor horas in loco calido in ſpiritus vini menſuris quatuor,
aquæ borraginis,
bugloſſi, ana menſura una ſemis,
florum liliorum convallium menſura una,
fragorum,
roſarum ana menſura dimidia,
poſtea leni calore deſtillentur.

## *Aqua epaticæ nobilis.*

Herba recenter collecta, inciſa & aqua ſuperfuſa deſtillatur, ut artis eſt.

## AQVA EPILEPTICA LANGII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 254.*

℞. Florum liliorum convallium recentium manipulos duos,
lavendulæ unciam unam,
roriſmarini,
ſtœchadis ana unciam ſemis,
cinnamomi drachmas ſex,
nucis moſchatæ unciam ſemis,
piperis longi,
cubebarum ana drachmas duas,
viſci querni,
radicum pœoniæ,
dictamni noſtratis ana unciam ſemis.

Infundantur in vini generoſi menſura una ſemis per octiduum poſtea deſtillentur.

A.

## AQVA EPITHEMATUM CORDIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 273.*

℞. Specierum diamoſchi dulcis,
diambræ,
pro epithemate cordis ana drachmas duas,
roſarum rubrarum odoratiſſimarum unciam unam,
ſantalorum omnium ana drachmas duas,
ireos Florentinæ drachmas tres,
corticum aurantiorum,
citriorum ana unciam unam,
aquæ roſarum libras quatuor,
vini optimi libram unam & dimidiam,
aceti roſacei libram unam.

Inciſis & contuſis omnibus infundantur & deſtillentur juxta artem.

## *Aqua euphraſiæ,*
## *fabarum florum,*
## *farfaræ,*
## *fœniculi.*

Deſtillentur, ut artis eſt, ad normam aliarum ſimplicium aquarum.

## AQUA FORTIS.

*Diſp. Brand. pag. 54.*

℞. Vitrioli ſponte in pulverem fatiſcentis aut coquendo ſiccati,
nitri puriſſimi ana libras duas.

Trita miſceantur & deſtillentur per retortam terream aut ferream lege artis, igne aperto gradatim adhibito in recipientem valde capacem, juncturis bene lutatis, cui aquæ fontanæ tertia circiter, reſpectu ponderis vitrioli nondum calcinati, pars ante ſit infuſa.

A. A.

*Aqua fragorum,*
*fumariæ,*
*galegæ,*
*hederæ terreſtris.*

More ſolito deſtillatio fiat.

*Aqua hyperici,*
*hyſſopi,*

ad normam præcedentium ſimplicium parantur.

## AQUA HISTERICA.

*Diſp. Brand. pag. 25.*

℞. Radicum pæoniæ unciam unam ſemis,
angelicæ,
bryoniæ,
leviſtici,
meu ana unciam ſemis,
herbarum matricariæ,
meliſſæ,
mercurialis,
rutæ,
ſalviæ ana manipulum unum,
florum anthos,
meliſſæ ana manipulum ſemis,
ſeminis agni caſti,
carvi,
cumini,
dauci,
meliſſæ, ana drachmam unam ſemis,
paſtinacæ ſylveſtris,
ſileris montani ana drachmas tres,
caſſiæ ligneæ,
cinnamomi ana unciam ſemis,
galangæ drachmam unam ſemis,
macis,
nucis moſchatæ,
zedoariæ ana drachmas tres,
caſtorei,
viſci querni ana unciam unam.

Conciſa & contuſa infundantur in vini Rhenani libris quatuor,
aquæ matricariæ,
meliſſæ,
pulegii,
rutæ ana *libra* una.

Stent in digeſtione loco calido, vaſe clauſo per dies ſeptem, poſtea maris balneo deſtillentur ad ſiccitatem.

*Aqua juniperi.*

Baccæ contuſæ ſtent in infuſione & deſtillentur.

*Aqua lavendulæ cum vino.*

In vino macerata deſtilletur ſecundum artem.

*Aqua liliorum alborum.*

Ad normam ſimplicium deſtillatio hujus peragitur.

*Aqua liliorum convallium cum vino.*

ad normam præcedentis aquæ lavendulæ cum vino deſtillanda eſt.

## AQUA LOOH SANI ET EXPERTI.

*Diſp. Brand. pag. 25.*

℞. Radicum Ireos Florentinæ,
liquiritiæ,
herbarum hyſſopi ana uncias duas,
capillorum Veneris manipulos quatuor,
Seminis aniſi,
calaminthæ,
fœniculi,
fœnu græci,
lini ana unciam unam,
dactylorum,
ficuum,
paſſularum ana uncias quatuor,
jujubarum,
ſebeſten ana numero ſexaginta,
cinnamomi electi uncias duas.

Inciſa & contuſa macerentur in aquæ fonta-

A.

fontanæ quantum ſufficit per aliquot dies, poſtea lege artis deſtillentur.

## AQUA MAGNANIMITATIS.

*Ephem. N. C. Dec. 1. ann. VII. pag. 39.*

℞. Formicarum, acidum redolentium, in olla terrea, melle intus inuncta, captarum manipulos ſex,
ſpiritus vini anthoſati libras quatuor,
liliorum convallium ſimplicis libram unam,

mixta, vaſe prius benè perlutato, ſtent per dies octo in acervo magno formicarum, poſtea deſtillentur per balneum Mariæ, hoc facto.

℞. Spiritus hujus deſtillati & à phlegmate ſeparati libras tres,
confectionis anacardinæ libram ſemis,
ſpecierum cephalicarum uncias tres,

& poſt peractam & reiteratam digeſtionem ſeptem dierum denuo deſtillentur in Mariæ balneo prius leni igne, in fine verò fortiori. Aqua ſpirituoſa abſtracta adhuc aromatiſetur
oleo cinnamomi,
coriandri ana guttis quindecim,
eſſentiæ ambræ quantum vis.

### *Aqua majoranæ, matricariæ.*

Ad normam reliquarum aquarum ſimplicium deſtillentur.

### *Aqua meliſſæ ſimplex, meliſſæ cum vino.*

Deſtillatio fiat ex vino bonæ notæ.

### *Aqua menthæ criſpæ, millefolii, naſturtii.*

Deſtillatio fiat ex aqua lege artis.

A.

## AQVA ODORIFERA SCHROEDERI.

*Jungken corp. Pharm. pag. 156.*

℞. Ireos Florentinæ,
caryophyllorum,
cubebarum,
cinnamomi acerrimi,
granorum paradiſi,
calami aromatici ana unciam unam,
majoranæ,
thymi,
foliorum lauri,
florum anthos,
roſarum rubrarum ana manipulum unum,
lavendulæ drachmas tres,
ſpiritus vini menſuras tres.

Macerentur ac deſtillentur, deſtillato liquori addantur
moſchi ſcrupulus ſemis,
zibethi grana ſex.

### *Aqua ononidis.*

Deſtillatio ex aqua fiat.

## AQVA OPHTHALMICA.

*Diſp. Brand. pag. 26.*

℞. Croci metallorum drachmam unam, infunde in aquæ euphraſiæ vel fœniculi, vel, quod præſtat, vini albi optimi unciis ſex, agitetur aliquandiu quotidie bis aut ter, tandem per bibulam coletur & ſervetur.

### *Aqua papaveris erratici, petroſelini,*

deſtillentur ut præcedentes aquæ ſimplices.

## AQVA PHYSAGOGA.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 267.*

℞. Seminis aniſi libras duas,
dauci ſylveſtris unciam unam,
cinnamomi acutiſſimi uncias duas,
nucis moſchatæ,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 34 sur 149

A.

macis,
galangæ,
caryophyllorum ana drachmas duas.

Trita infundantur in ſpiritus vini menſuris quatuor, per biduum aut triduum in loco calido digerantur, deinde lege artis deſtillentur.

*Aqua pini ſummitatum,*
*plantaginis,*
*pœoniæ florum.*

Ut artis eſt, infundantur & deſtillentur.

## AQUA PROPHYLACTICA, SIVE ACETUM.

*Diſp. Brand. pag. 2.*

℞. Radicum angelicæ,
zedoariæ ana unciam unam,
petaſitidis uncias duas,
foliorum rutæ hortenſis uncias quatuor,
meliſſæ,
ſcabioſæ,
florum calendulæ ana uncias duas,
nucum juglandium immaturarum conſciſſarum libras duas,
pomorum citriorum recentium conſciſſorum libram unam.

Contundantur omnia, confuſis affunde aceti vini optimi ad remanentiam quartæ partis ex arena, cucurbita vitrea per ſe deſtillati libras duodecim: Digerantur per noctem, mane deſtillentur igne cinerum lento ad ſiccitatem ferè, cavendo empyrevma.

*Aqua prunellæ.*
*pulegii.*
*quercuum foliorum.*

Infuſa deſtillentur ſecundum artem.

## AQUA REGINÆ HUNGARIÆ.

*Pharm. Argentor. pag. 19.*

Dimidiam cucurbitæ vitreæ vel fictilis partem floribus rorismarini, dum maxime florent, collectis repleto; his ſpiritum vini, ita ut commodé macerentur flores, affunde; balneo Mariæ cucurbitam impone, eaque capitello una cum excipulo ſuo obtecta accuraté commiſſuras luto agglutina, ſubtusque per tres dies digeſtionis ignem adhibeto, quibus præteritis lutum exime, deſtillatumque liquorem in cucurbitam effunde; alembicum iterum accommodato, ignemque augendo ſatis valide, ut exſtillet liquor guttatim, ita ut gutta una mox aliam ſequatur, cumque tertiam partem ejus extraxeris, vel circiter, ignem ſubtrahito, vaſa refrigeſcere permittito, ex iisque lutum eximito, reperies in excipulo optimam Reginæ Hungariæ aquam, quam in probe obturata phiala ſervabis. Sunt qui floribus folia jungunt, ſed tunc non æque grata evadit.

## AQUA REGIS.

*Diſp. Brand. pag. 26.*

℞. Salis marini decrepitati unciam unam
aquæ fortis communis uncias quatuor,

Miſce & ex retorta vitrea in arena ad ſiccitatem usque deſtilla. Vel:

℞. Aquæ fortis communis uncias quatuor ſalis armoniaci unciam unam.

Miſce ſimul, donec omne ſal armoniacum diſſolutum ſit, ſervetur in vitro arctiſſime clauſo.

*Aqua roſarum albarum.*
*rubrarùm.*
*rubi Idæi.*
*ſabinæ.*
*ſalviæ ſimplex*
*vinoſa.*
*ſambuci florum.*
*ſaxifragiæ.*
*ſcabioſæ.*

*Aqua*

A.

*Aqua ſcordii.*
*ſcorzoneræ.*
*ſempervivi.*
*ſerpilli.*
*ſigilli ſalomonis.*
*ſpermatis ranarum.*

Hæ aquæ methodo deſtillationis ſimplicis ſæpius deſcriptâ parantur.

AQUA STOMACHALIS MYNSICHTI.

*Pharm. Argentor. pag. 21.*

℞. Galangæ minoris unciam unam cum ſemiſſe,
caryophyllorum,
nucis moſchatæ,
cinnamomi acuti,
zingiberis albi,
maſtiches electæ,
radicis pimpinellæ,
enulæ campanæ,
acori aquatici ana unciam unam.
menthæ criſpæ drachmas ſex,
roriſmarini,
ſalviæ acutæ,
abſinthii ana unciam dimidiam,
cardamomi utriusque
calami aromatici,
macis,
piperis longi,
ſeminis ammeos ana drachmas tres,
ſchœnanthi,
ſpicæ Jndicæ,
ligni aloës ana drachmas duas.

Mixta & contuſa macerentur in vini optimi libris octo, vel, quod præſtat, in vini ſpiritu,
aquæ pulegii
meliſſæ ana libra una,
poſtea deſtillentur.

*Aqua taraxaci,*
*tiliæ florum.*
*trifolii fibrini,*

deſtillentur more conſueto.

A.

*Aqua verbenæ,*
*veronicæ.*

Deſtillentur ad normam ſimplicem.

AQUA VIRIDIS HARTMANNI.

*Iungk. corp. pharm. pag. 164.*

℞. Mellis roſati uncias duas,
ſulphuris vivi,
aluminis crudi,
viridis æris ana unciam unam,
albi græci,
comarum ſabinæ,
ſambuci ana pugillum unum,
Florum hyperici,
roriſmarini,
rutæ,
plantaginis,
ſalviæ,
pulegii ana manipulum ſemis.

Omnia, excepto viridi æris, per horæ ſemiquadrantem in vino albo & aqua ſolani ana libra una coquantur, poſtea addito extra ignem & diſſoluto viridi æris, dein coletur.

*Aqua urticæ.*

more ſolito deſtillanda eſt.

AQUA ZEDOARIÆ ANISATA.

*Jungk. corp. pharm. pag. 76.*

℞. Zedoariæ uncias ſex,
ſeminis aniſi uncias tres,
corticum citri unciam unam.

Inciſa infunde in vini generoſi libris quinque, poſtea deſtillentur.

ARCANUM CORALLINUM.

*Diſp. Brand. pag. 34.*

℞. Mercurii vivi optimè purgati,
ſpiritus nitri rectificati ana uncias quatuor.



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 36 sur 149

A. A.

Solve in ſpiritu *nitri* mercurium, quem rurſus per *retortam* igne convenienti ſatis intenſo avoca idque ter repete, fortiter tandem igniendo, ſic reducetur in præcipitatum rubicundiſſimum, quod arcanum corallinum vocant; ſed Paracelſi circulato haud æquiparandum, poſtremo ſpiritum vini rectificatiſſimum deſuper accende.

## ARCANUM DUPLICATUM.

*Myns. Armament. pag. 10.*

Extrahe ex capite mortuo aquæ fortis ex vitrioli & nitri partibus æqualibus deſtillatæ cum aqua tepida ſal candidiſſimum. Hoc poſtea totum & ſubtiliſſime ſupra marmor tritum impone cucurbitæ lutatæ & ſucceſſive augendo & continuando ignem ad horas duodecim ſecundum gradus ſæpius agitando calcinetur, ut circa finem fundus cucurbitæ aliquo modo candeſcat. Et poſtquam omnia refrixerunt, vitro rupto ſal eximatur, & de novo ut prima vice ſubtiliſſime teratur & hic labor denuo ſecunda & tertia vice repetatur, & ſic veré præparatum eſt.

## ARCANUM TARTARI.

*VVed. Chim. pag. 198.*

℞. Salis tartari albicantis uncias novem, affundatur aceti deſtillati quantum ſatis pro una deſtillatione, verbi gratia libras quatuor, ſex, octo, in cucurbita vitrea. Prævià effervescentià, ſucceſſive infundendo factâ eaque frigidâ abſtrahatur liquor inſipidus, acido nempe aceti deſtillati in alcali tartari recondito, immutato & deſtructo. Continuetur affuſio & abſtractio novi aceti deſtillati, cohobando tribus vel quatuor vicibus (pro modulo recepti ſalis ac affuſionis & bonitatis aceti deſtillati ad unciam unam ſalis inſumendo præter propter libram unam, duas aceti deſtillati) donec acidus odor, ſapor & efferveſcendi vis à deſtillato emergens, ſaturatum ſal oſtendat.

*Argenti folia.*

*Arſenicum album.*

*citrinum.*

*rubrum.*

*Auri folia.*

## AURUM FULMINANS.

*Diſp. Brandenb. pag. 34.*

℞. Auri per antimonium debité repurgati quantum vis, ſolve illud in aquæ regiæ, ex aqua forti ſuper ſale decrepitato aut ſale armoniaco abſtracta, factæ, quantum ſufficit. Solutum in vitro capaci, olei ſeu liquoris potius tartari per deliquium parati, aut ſalis etiam tartari in aqua pluvia quantum requiritur, diſſoluti, aut tandem ſpiritus ſalis armoniaci, quanto opus, ſenſim & guttatim inſtillando præcipita, calamo ſubinde movendo ac rurſus inſtillando, donec aurum ſub forma pulveris, ſpadicei coloris, præcipitatum in fundo ſubſideat. Stet tantiſper, donec liquor omnis clareſcat, tum adhuc aliquot guttas liquoris tartari, aut ſpiritus ſalis armoniaci inſtilla, ut de præcipitatione plena certior ſis. Liquorem tandem decanta ac præcipitatum in fundo reſiduum, affuſâ ſæpius aquâ fluviali aut pluviâ limpidâ calefactâ elue & ab omni acredine libera, tandem pulverem reſiduum chartâ emporeticâ exceptum ac humore ſuperfluo exutum calore aëris tepido exſicca, vitando ſolis & ignis cujuſcunque calorem ob fulminandi periculum. Siccatum fere, verum non ſimul aut magnâ copiâ, ſed parum tantum ejus ſingulis vicibus, leniter, ne nimis incaleſcat, ſuper porphyrite aut in mortario vitreo comminue.

*Auripigmentum.*

BAC-

B.

## Baccarum Selectus.

*Baccæ alkekengi.*
*ebuli.*
*juniperi.*
*lauri.*
*myrtillorum.*
*paridis.*
*ſambuci.*

## Balsamorum Selectus.

### BALSAMUM APOPLECTICUM COMPLETUM.

*Diſp. Brand. pag. 35.*

℞. Olei nucis moſchatæ expreſſi unciam unam,
deſtillati cardamomi,
caryophyllorum,
cinnamomi,
lavendulæ,
majoranæ,
roriſmarini,
ſuccini albi,
balſami Peruviani ana ſcrupulum unum,
ambræ gryſeæ drachmam ſemis,
moſchi optimi ſcrupulum unum,
zibethi ſcrupulum ſemis,
eboris ad nigredinem calcinati & ſubtiliſſime præparati quantum ſatis ad balſami conſiſtentiam. Miſce, fiat balſamum.

### BALSAMUM APOPLECTICUM INCOMPLETUM PRO MULIERIBUS.

*Diſp. Brand. pag. 35.*

℞. Olei macis expreſſi drachmas duas,
deſtillati galbani drachmam ſemis,
lavendulæ,
ſuccini, ana ſcrupulum unum.
majoranæ,
meliſſæ,
pulegii,
roriſmarini,
rutæ,
ſalviæ ana ſcrupulum ſemis,
pinguedinis caſtorei grana ſex,
ſpiritus ſalis armoniaci guttas aliquot.
Miſce, fiat ſecundum artem balſamum.

### BALSAMUM CARYOPHYLLORUM.

℞. Olei deſtillati caryophyllorum drachmam unam,
nucis moſchatæ expreſſi quantum ſufficit.
Mixtis colorem concilia pulvere tenuiſſimo caryophyllorum.

### BALSAMVM CEPHALICVM.

*Diſp. Brandeb. pag. 36.*

℞. Olei nuciſtæ expreſſi drachmas ſex,
deſtillati lavendulæ,
rutæ ana ſcrupulos tres cum ſemiſſe,
majoranæ,
ſalviæ ana guttas quindecim.
camphoræ ſcrupulum unum in ſufficienti quantitate olei recentis amygdalorum dulcium diſtemperatæ. Miſce, fiat lege artis balſamum.

### BALSAMVM CINNAMOMI.

℞. Olei deſtillati cinnamomi drachmam unam,
nuciſtæ expreſſi & ſpiritu vini odore privati, quantum ſufficit.
Fiat ex arte balſamum, pulvere cinnamomi tingendum.

*Balſamum Indicum album.*
*nigrum.*



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 38 sur 149

B.

## BALSAMVM INNOCENTII VEL ÆTHIOPICVM.

*Pomet. Materialiſt. pag. 413.*

℞. Trockenen Balſams 2. Loth/
Storax-Tropffen 4. Loth/
Benzoe-Tropffen 6. Loth/
Aloë ſoccotrina,
Auserleſene Myrrhen/
Olibanum in Tropffen/
Böhmiſche Angelica,
Johannes-Kraut/ jedes 1. Loth/
Wein-Spiritus 2. Pfund.

Dieſes alles mit einander zerſtoſſen/und in ein wohl-verwahrt Glaß gethan/und die Hunds-Tage hindurch an die Sonne gehangen/ nach dieſem durchgepreßt.

## BALSAMVM LAVENDULÆ.

℞. Olei deſtillati lavendulæ drachmam unam,
nuciſtæ expreſſi & odore viduati quantum ſufficit.

Mixta tingantur pulvere florum cyani aut alio cœruleo vel violaceo innocuo.

## BALSAMVM LOCATELLI.

*Pharm. Argent. pag. 26.*

℞. Ceræ flavæ uncias ſex,
Olei hypericonis uncias novem,
terebinthinæ Venetæ uncias quinque,
liquefiant lente & refrigeratis adde
balſami Peruviani drachmas ſex,
ſantali rubri ſubtiliſſimé pulveriſati quantum ſatis.
Miſce, fiat balſamum.

*Balſamum macis,*
*majoranæ,*
*roriſmarini,*
*rutæ.*

Eodem modo parantur, uti priores ſimplices, ſingulis addendo pro deſiderio convenientem colorem.

B.

## BALSAMUM SPASMODICUM MYNSICHTI.

*Armament. 475. 476.*

℞. Pinguedinis anguillæ unciam unam,
Olei galbani cum ſpiritu terebinthinæ deſtillati unciam ſemis,
lumbricorum terreſtrium,
liliorum alborum ana drachmas tres,
deſtillati ſuccini albi,
roriſmarini,
angelicæ ana drachmam unam ſemis,
baccarum juniperi,
chamomillæ,
origani Cretici,
laurini ana drachmam unam,
caryophyllorum,
lavendulæ,
ſalviæ,
rutæ, ana ſcrupulum unum.

Miſce & cum oleo nucis moſchatæ expreſſo & ceræ albæ ana ſufficienti quantitate fiat balſamum.

### *Balſamum ſuccini.*

Oleo nucis moſchatæ expreſſio inſtilla olei deſtillati ſuccini quantum ſatis ad balſami conſiſtentiam.

## BALSAMUM SULPHURIS AMYGDALATUM.

℞. Florum ſulphuris unciam unam,
olei amygdalorum dulcium recenter expreſſi uncias ſex.

Digerantur in arena calore convenienti, donec flores ſolvantur.

*Balſamum ſulphuris.*
*aniſatum.*
*ſuccinatum.*
*terebinthinatum.*

Eodem parantur modo, quo priora, additis ſcilicet oleis appropriatis.

BAL-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 39 sur 149

B.

## BALSAMUM TARTARI.

*Pharm. Batean. pag. 20.*

℞. Olei tartari per deliquium uncias novem, cremoris tartari in charta involuti & leviter calcinati uncias octo.

Digere ac evapora ad ſiccitatem, affunde acetum vini deſtillatum, extrahe inde tincturam, filtra, & ad mellis conſiſtentiam abſtrahe.

## *Balſamum de Tolu.*

## BALSAMUM VITÆ HOFFMANNI.

*Pharm. Argent. pag. 28.*

℞. Olei deſtillati lavendulæ,
majoranæ,
caryophyllorum ana ſcrupulum unum,
macis ſcrupulos duos,
cinnamomi guttas viginti quatuor,
rutæ,
ſuccini albi ana ſcrupulum ſemis.
olei citri è corticibus recenter expreſſi ſcrupulum unum,
ambræ gryſeæ ſcrupulum ſemis.

Hæc olea invicem miſceantur & per aliquot ſeptimanas ſtent, quando jam habere volumus balſamum vitæ, de his oleis commixtis guttæ decem inſtillentur ſpiritus vini rectificatiſſimi unciæ uni, & adde balſami Peruviani drachmam ſemis & ſerva.

## BALSAMUM UTERINUM.

*Pharm. Argent. pag. 26.*

℞. Gummi galbani in aceto ſoluti drachmam ſemis,
olei rutæ cocti drachmas duas,
extracti caſtorei ſcrupulum unum,
olei deſtillati ſuccini guttas octo.
corporis pro balſamo quantum ſufficit.

Miſce, fiat balſamum.

B.

## BALSAMUM VULNERARIUM VIRIDE.

*Pharm. Argent. pag. 29.*

℞. Viridis æris,
gummi galbani,
ammoniaci,
bdellii ana unciam ſemis,
myrrhæ,
thuris,
maſtiches,
terebinthinæ ana drachmas duas,
olei olivarum libras tres.

Coque ſecundum artem & fiat balſamum.

## *Bezetta cœrulea.*

## *rubra.*

## *Bezoardicum animale, vel pulvis viperarum.*

Simpliciter pulveriſantur viperæ ex Italia tranſmiſſæ & exſiccatæ; pulvis verò carioſus non immiſcendus ſed rejiciendus.

## BEZOARDICUM JOVIALE.

*Diſp. Brand. pag. 42.*

℞. Reguli antimonii communis partes duas,
Jovis Anglici partem unam.

Jovem reguloliquato addendo colliquefiant pro regulo Joviali; hunc pulveriſa tenuiſſime cum mercurii ſublimati corroſivi partibus æqualibus, miſce ac deſtilla ad inſtar butyri antimonii, oleo inde emergenti rectificato ſpiritum nitri rectificatum guttatim in vitro capaci inſtilla, donec ebullitio omnis ceſſaverit & ſpiritus nitri pulveri ſupereminеat. Ceſſante effervеſcentiâ digere per noctem, poſtea totum illud mixtum retortæ vitreæ committe, & igne gradatim aucto ſpiritus nitri omnes tam albos quam rubentes à pulvere præcipitato avoca, donec retorta candeat, ſic à cohobando excuſaberis. Labor hic optime in balneo ſicco perficitur. Pulverem dein in crucibulo ignitum aliquantiſper, ſed cave nimium, ſpiritu vini rectificato imbibe,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 40 sur 149

B.

bibe, digere aliquandiu ac avocato rurſus ſpiritu aut deſuper accenſo ſiccatum ſerva.

BEZOARDICUM MINERALE,

*Wed. chim. pag. 106.*

℞. Mercurii vitæ exſiccati uncias duas, nitri exſiccati partes tres.

Miſce in crucibulo per vices ingerendo, leniſſimè detonentur, edulcando hinc & exſiccando. Fit inde medicamentum optimum, albicans, ipſo antimonio diaphoretico ſi non ſuperius, ſaltim æquale, adeoque ejusdem radicis, iisdemque viribus diaphoreticis, mundificantibus, antihydropicis gaudens.

*Blatta Byzantina.*
*Boletus cervinus.*
*Bolus alba.*
*Armena.*
*rubra.*
*præparata.*
*Borrax Veneta.*
*Bufones exſiccati.*

C.

*Caffeé crudum,*
*toſtum,*
*Camphora.*

CANDELÆ FUMALES.

*Spin. Lex. Pharm. Chimic. pag. 217.*

℞. Benzoës uncias ſedecim,
ligni aloës,
rhodii.
ſantali,
ladani ana uncias quatuor.
olibani,
maſtiches,
caryophyllorum ana uncias tres,

C.

ſacchari albi libras duas,
carbonum tiliæ libras quatuor ſemis.

Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus & cum mucilagine tragacanti in aqua roſarum, majoranæ & corticum citri facta formentur candelæ, addendo parum ſtyracis liquidæ & terebinthinæ.

*Cantharides,*
*Capita papaveris,*
*roſarum,*
*Caput mortuum vitrioli.*
*edulcoratum.*

Reſiduum à deſtillatione Spiritus è retorta exemptum, aqua pluviali vel fluviatili coquendo edulcoratur, id eſt à ſale albo vomitivo liberatum ac exſiccatum vocatur terra vitrioli dulcis.

*Carbones tiliæ,*
*Cardamomum minus,*
*Carpobalſamum,*
*Caricæ,*
*Caryophylli aromatici,*
*Caſſia caryophyllata,*
*fiſtularis,*
*lignea,*
*Caſtoreum verum,*
*Cera alba,*
*arborea,*
*citrina,*
*rubra,*
*viridis,*
*Ceraſa acida exſiccata,*
*Ceruſſa alba Veneta,*
*Chalcitis,*

*Chaly-*

C.

*Chalybis limatura,*
*Chelæ cancrorum.*
*Chocolata,*
*Cinnamomum.*

CINNABARIS FACTITIA.

℞. Sulphuris communis libram ſemis, quod liquefiat in magno fictili, huic paulatim permiſcebis
mercurii vivi libram unam ſemis.

Agita & fuſionem continua, donec nullus appareat omnino mercurius, tunc mixturam hanc pulveriſa & ſublima in ollis, igne aperto gradatim adhibito, habebis maſſam duram ac rubicundiſſimam.

*Ciñabaris nativa Hungarica.*

CINNABARIS NATIVA RECTIFICATA.

*Diſp. Brand. pag. 45.*

Fit ſublimatione per retortam, applicato recipiente capaci, cui aliquota pars aquæ inſit, juncturis benè clauſis, igne graduato, quo mercurius, ſi quis mineræ ſit ſuperfluus ab aqua recipiatur & conſervetur; flores vero cinnabarini, collo retortæ adhærentes, ac rité ſic depurati, cautè ſeparandi & ſervandi, heterogenea reliqua ipſi cohærentia in fundo retortæ reſtant.

*Cineres clavellati,*
*fabarum,*
*geniſtæ.*
*juniperi.*

Parandi modus per ſe patet.

*Cobaltum,*
*Cochinilia,*
*Cocculi de Levante.*

C.

*Collapiſcium, vel Ichthyocolla,*
*Colocynthis,*
*Colophonium,*
*Conchæ crudæ.*

CONCHÆ CITRATÆ.

℞. Concharum à ſordibus purgatarum quantum vis.

Subtiliſſime in mortario lapideo pulveriſata ſucco citri irrorentur, ad pulticulæ conſiſtentiam, exſiccentur & pro lubitu bis vel ter fiat dicta humectatio cum ſucco citri & exſiccatio, tandem pulveriſatio.

*Conchæ à ſole calcinatæ.*

Reperiuntur ad littora fluviorum albiſſima & ſplendida, quæ pulveriſata præſtant conchis calcinatis.

CONDITORUM SELECTUS.

*Condita: aurantiorum corticum,*
*berberum,*
*calami aromatici,*
*ceraſorum acidorum,*
*cichorii radicum,*
*citri carnis,*
*corticum,*
*cydoniorum,*
*enulæ radicum,*
*eryngii radicum,*
*nucis Indicæ,*
*juglandium,*
*pimpinellæ radicum,*
*ribium,*
*ſatyrii radicum,*



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 42 sur 149

C.

*ſcorzoneræ radicum,*
*zingiberis Jndici.*

Ex his, quæ apud nos condiri poſſunt, ſaccharo clarificato, ut artis eſt, parentur, reliqua aliunde ad nos allata, Pharmacopœorum curæ committuntur.

## CONFECTIONUM SELECTUS.

### CONFECTIO ALKERMES COMPLETA.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 163.*

℞. Succi pomorum dulcium,
ſacchari albiſſimi ana libram unam ſemis, coquantur ad craſſam conſiſtentiam, poſtea addatur
ſucci granorum chermes Monſpelio allati ſpiſſioris libra una ſemis,
ab igne depoſitis & adhuc calentibus miſceantur
ambræ in particula ſucci ſolutæ drachmæ duæ,
ligni aloës,
cinnamomi ana drachmæ ſex,
lapidis Lazuli,
margaritarum Orientalium ana drachmæ duæ,
foliorum auri,
moſchi in ſpiritu roſarum ſoluti ana drachma una.
Fiat lege artis confectio.

Nota: Confectio Alkermes in completa ſine moſcho & ambra paranda eſt.

### CONFECTIO CINNAMOMI REGIA.

*Mynſ. Armament. pag. 54.*

℞. Succoladæ Indicæ uncias quatuor,
nucis moſchatæ in India conditæ numero tres,
ſirupi cinnamomi quantum ſatis,
miſce fiat electuarium, adde:
confectionis Alkermes unciam unam,
olei cinnamomi,

C.

ambræ moſchatæ,
margaritarum trochiſcatarum ana drachmam unam,
foliorum auri Hungarici num. triginta.
Miſceantur de novo.

Nota: Margaritæ trochiſcatæ ſeparatim conficiendæ ſunt, cujus medicamenti præparatio in eodem auctore legi poteſt.

### CONFECTIO DE HYACINTHO.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 117.*

℞. Specierum de hyacintho quantum vis,
Sirupi è ſucco limonum parati quantum ſatis.
Fiat confectio liquida, quæ completa & incompleta deſideratur.

## CONSERVARUM SELECTUS.

*Conſervæ: abrotani,*
*acetoſellæ,*
*anthos,*
*bellidis,*
*betonicæ,*
*borraginis,*
*bugloſſæ,*
*beccabungæ,*
*cochleariæ,*
*fumariæ,*
*meliſſæ,*
*menthæ,*
*naſturtii aquatici,*
*roſarum rubrarum,*
*antiquarum,*

*Con-*

C.

*Conſerva roſarum vitriolata,*
*tunicæ florum.*

Flores minutiſſime incidantur, & ſingulis libris addantur ſacchari albiſſimi libræ duæ, iis ſcilicet, qui humidi & mucilaginoſi fuerint, ut borraginis & ſimilium, ſiccioribus vero, quales meliſſæ &c. addantur ſacchari albiſſimi libræ duæ ſemis, affuſâ aliquantulum aquâ ſtillatitiâ, ut piſtillo commodius permiſceri poſſint.

CONSERVA SPAGYRICA.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 166.*

℞. Salium cryſtalliſatorum abſinthii uncias duas,
meliſſæ,
urticæ ana unciam unam.
tartari vitriolati unciam ſemis,
arcani duplicati Mynſ. uncias duas,
miſceantur & fiat pulvis, cui affundantur
ſpiritus ſulphuris campanati drachmæ duæ,
poſtquam deferbuerint, addantur,
conſerva florum roſarum rubrarum
tunicæ ana libra una
olei cinnamomi,
citri corticum,
ſeminis aniſi ana drachma una,
fœniculi,
menthæ ana drachma ſemis.
Miſceantur, &, ſi completa hæc confectio deſideretur, addantur
ambræ gryſeæ grana quindecim
in ſpiritu roſarum ſolutæ.

*Corallia alba vulgaria,*
*rubra vulgaria.*
*utraque præparata.*

Mundata, pulveriſata & cum aqua ſuper porphyrite trita & rurſus poſt exſiccationes in pulverem redacta ſerventur ad uſum.

C.

*Corallina, vel muſcus marinus.*
*Cornu alcis vulgare,*
*præparatum.*
*Cornu cervi crudum.*

CORNU CERVI PHILOSOPHICÆ CALCINATUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 318.*

℞. Cornu cervi in majora fruſta ſecti quantum placet.
Coquantur in ſufficiente quantitate aquæ fontanæ, donec molleſcant; poſtea medulla & cortex exterior nigricans cultro ſeparetur & cornu albicans exſiccetur. Aqua vero à coctione remanens, poſt depurationem, ulteriori coctura gelatinam exhibet.

*raſpatum,*
*uſtum,*
*Cornu Rhinocerotis ſimplex,*
*præparatum.*

CORTICUM SELECTUS.

*Cortices aurantiorum cum toto flavi,*
*capparum radicum,*
*chacarillæ,*
*citri cum toto,*
*flavi,*
*culilavvan,*
*ebuli radicum,*
*eſulæ radicum,*
*frangulæ,*



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 44 sur 149

C.

*Cortices fraxini,*
*granatorum,*
*ligni guajaci, vel ſancti,*
*Peruviani vel chinæ chinæ,*
*ſambuci,*
*ſaſſafras,*
*tamariſci,*
*vvinteranus vel coſtus dulcis.*
*Coſtus amarus,*
*Cranium humanum crudum.*

## CRANIUM HUMANUM PRÆPARATUM.

℞. Cranii humani violenta morte perempti, ab omni immunditie & pinguedine liberati, quantum volueris, contunde, & cum aqua liliorum convallium minutiſſime teratur, poſtea exſiccetur.

## CREMOR TARTARI VEL CRYSTALLI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 314.*

℞. Tartari albi aquâ calidâ aliquoties ab impuritatibus externis abluti & in pulverem ſubtilem contuſi libras duas: coquendo in ſufficienti quantitate aquæ fontanæ in vaſe figulino diſſolvantur & fervens adhuc decoctum trajiciatur per manicam Hippocratis in aliud vos firmum; ubi refrixerit, cryſtallos exhibet, in ſuperficie autem liquoris cruſtam cremoris nomine notam; qui cum cryſtallis frigidâ fontanâ aquâ abluatur, & exſiccatus ſuper porphyrite in pulverem albiſſimum conteratur.

C.

*Crepitus lupi, vel boviſta,*
*Creta alba vulgaris,*
*præparata.*

Ad modum aliorum præparatio fiat.

*Crocus Auſtriacus vegetabilis.*

## CROCUS MARTIS ADSTRINGENS.

*Diſp. Brand. pag. 51.*

Fiat limaturæ martis ſubtiliſſimæ, quantum placet, in patella terrea non vitreata vehementiſſimo igne reverberii in furno figulino, aut laterum potius exponendo & exactiſſime ad intenſam usque rubedinem calcinando.

## CROCUS MARTIS APERITIVUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 317.*

℞. Limaturæ ferri unciam unam. Diſſolve in ſpiritus vitrioli ſufficienti quantitate, poſtea exſicca, & leni igne in pulverem rubicundum calcina.

## CROCUS MARTIS REGULINUS STAHLII.

*Diſp. Brand. pag. 50.*

℞. Scorias reguli martialis primas craſſè contuſas aut aëri loco umbroſo expoſitas, in pulverem nigrum fatiſcentes, cui quæ communis quantitatem ſufficientem affunde, quam bacillo agitando turba ac poſt morulæ momentum, ubi craſſior ad fundum ſeceſſerit pars aquam in aliud vas transfunde, quæ, dum ſubtilis cum illa effuſus pulvis ſubſederit, paululum moræ quieſcat, tum craſſiori pulveri reaffundatur, denuoque agitando turbetur, rurſus ſubſidente craſſiore, tenuior priori aquæ jungatur, ſic turbando ac decantando continuetur, donec aqua turbata, ſubſidente paululum craſſiore pulvere non amplius turbe-

C.

turbetur, nec quicquam adhuc in illa fluctuare percipiatur, pulvis ſic elotus filtro ab aqua ſeparatus, exſiccatus & cum triplo nitri puriſſimi de flagrando colliquatus ac edulcoratus pro croco martis aperitivo ſervetur. Nota: Craſſior in fundo reſiduus, ſiccatus & cum *triplo* nitri detonatus ac edulcoratus pro croco adſtringente ſerviet.

## CROCUS METALLORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 318.*

℞. Antimonii electi,
nitri ana libram unam.

Minutiſſimé trita & mixta in crucibulo vel catino firmo detonentur, poſtea maſſam exemtam in aqua ſolvendo pars ſubtilior eluatur, ac poſtquam hæc ſubſederit, aqua decantetur, novâque affuſâ aquâ pulvis probe eluatur, liquor autem decantatus & cum aceto præcipitatus dat ſulphur antimonii auratum diaphoreticum communiter ſic dictum.

## CROCUS SOLIS.

*Diſp. Brand. pag. 51.*

℞. Auri per antimonium debite depurati partem unam,
mercurii à ſordibus rite aceto & ſale aut ſpiritu vini purgati partes ſex.

Fac lege artis amalgama, cui probe commiſce duplum ſulphuris triti & ſub tegula fulminatoria (unter der Muffel) ruditulâ ferreâ continue movendo, ad abſumtionem uſque ſulphuris omnimodam & mercurii igne ſufficienti calcina, ſic in pulverem abibit ruffum, à ſordibus, ſi quæ acceſſerint, abluendum, ſiccandum & ſubtiliſſime ſuper marmore terendum.

## CROCUS VENERIS.

*Diſp. Brand. pag. 51.*

℞. Vitriolum Veneris quocunque modo paratum, aquæ pluviæ ſufficienti quantitate ſolutum, oleo tartari per deliquium parato, aut liquore ſalis tartari, aquâ pluviâ deſtillatâ ſoluti & filtrati guttatim *inſtillato*, præcipitatur in pulverem croceum, quem filtro exceptum & aquâ deſtillatâ calidâ ſæpius affuſâ edulcoratum ſicca & in patella terrea parum reverbera, donec in rubedinem color ejus tranſeat.

*Cryſtallus montana ſimplex, præparata.*

Paratur eodem modo, quo corallia.

*Cubebæ,*

*Cydonia exſiccata,*

*Cynosbati fructus,*

D.

*Dactyli,*

*Dentes apri ſimplices, pulveriſati, hippopotami præparati.*

## DIACYDONIUM AROMATICUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 168.*

℞. Diacydonii ſimplicis ad juſtam conſiſtentiam cocti libram unam,
ſpecierum imperatoris ſine moſcho inciſarum unciam ſemis,
ſeminis coriandri drachmam unam,
corticis citri exterioris recentis minutim inciſi drachmas quinque,
miſceantur & fundantur in ſcatulas.

## DIACYDONIATUM GIALAPPINUM.

*Pharm. Argentor. pag. 41.*

℞. Magiſterii gialappæ uncias quatuor, ſolvatur in pauco ſpiritu vini optimè rectificato, & permiſceatur diligentiſſimé agitando, cum gelatinæ cydoniatæ ad perfectam conſiſtentiam coctæ libris quatuor ponderis civilis. Indatur



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 46 sur 149

D.

datur ſcatulis. Ut autem hoc cydonium miſceri queat potionibus & mixturis etiam aquoſis, magiſterium gialappæ nucleis pini optime debet conteri nec in ſpiritu vini ſolvi.

## DIAGRYDIUM SULPHURATUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 95.*

℞. Scammonii electiſſimi uncias tres, aut quantum vis.

Craſſiuſcule tere & ſupra chartam bibulam tenuiter ac æqualiter expande, mox ſuperimpone crati, ſub quo carbo ſit vivus, in quem injice ſulphur, ſuffumigetur ſcammonium & charta tam diu teneatur ſupra fumum, usque dum ſcammonium liquefieri & chartæ adhærere incipiat; cave ſolum, ne comburatur, ideoque à fumo remove, ſicque calcinatum pro bile & ſeroſo acri humore evacuando ſerva.

E.

*Ebur crudum raſpatum, philoſophice calcinatum.*

Eadem methodo, quâ cornu cervi philoſophice paratum eſt, & hoc medicamentum conficitur.

## EBUR USTUM ALBUM SEU SPODIUM.

℞. Eboris ſelecti in tenues lamellas ſeu fruſtula diſſecti libram unam; id in fictili mundo, quod in ſummitate nonnihil apertum ſit, ne ebur inter urendum nigreſcat, in fornace figuli vel alio forti calore ad perfectionem, id eſt, albedinem calcinetur, tandem cum aqua roſacea lævigandum & exſiccandum.

E.

## ELÆOSACCHARORUM SELECTUS.

## ELÆOSACCHARUM AURANTIORUM.

℞. Sacchari albiſſimi unciam unam, olei aurantiorum ſcrupulum unum.

Saccharum bené teratur & oleum ſucceſſive addatur exacté miſcendo; ſi fortior deſideratur odor & ſapor, pro lubita oleum guttatim affundi poterit.

*Elæoſaccharum cinnamomi, citri, fœniculi,*

eodem modo, quo prius paratum fuit, & hæc, interdum ex tempore, parari poſſunt.

## ELECTUARIORUM SELECTUS.

## ELECTUARIUM BACCARUM LAURI.

*Pharm. Argentor. pag. 37.*

℞. Baccarum lauri unciam unam ſemis,
foliorum rutæ,
ſeminis ammeos,
cumini,
nigellæ,
liguſtici,
carvi,
dauci,
calami aromatici,
origani,
piperis nigri,
longi,
menthaſtri,
caſtorei ana drachmas duas,
ſagapeni unciam ſemis,
opopanacis drachmas tres,
mellis triplum.

Fiat lege artis electuarium.

## ELECTUARIUM CATHOLICUM.

*Diſp. Brand. pag. 55.*

℞. Polypodii querni libram ſemis,

deco-

E.

decoquatur in aquæ communis menſuris quatuor, ad conſumtionem mediæ circiter partis, cujus colaturæ quantitati ſufficienti extrahe
pulpæ caſſiæ
tamarindorum ana uncias quatuor.
Inſpiſſentur pulpæ ad mellaginem ferè, quibus adde probé ſubigendo ſacchari albiſſimi libras quatuor, demum ſubſequentes pulveres ſubtiliſſimé tritos & cribratos
aniſi,
florum violarum,
polypodii,
rharbarbari ſelecti ana uncias duas,
foliorum ſennæ Orientalis uncias quatuor,
glycyrrhizæ drachmas duas,
paulatim inſperge & miſce pro electuario.

## ELECTUARIUM HIERÆ SIMPLICIS.

*Diſp. Brand. pag. 59.*

℞. Aloës ſuccotrinæ uncias duodecim,
aſari,
cinnamomi,
croci,
maſtiches,
ſpicæ Indicæ,
xylobalſami, aut ejus loco ligni aloës ana drachmas ſex,
mellis libras quatuor cum ſemiſſe.
Miſce pulveres melli fere refrigerato pro electuario.

## ELECTUARIUM HIERÆ PICRÆ CUM AGARICO.

*Diſp. Brand. pag. 59.*

℞. Specierum hieræ ſimplicis ſine aloë,
agarici trochiſcati ana unciam ſemis,
aloës illotæ unciam unam,
mellis deſpumati uncias ſex.
Miſce, fiat electuarium.

## ELECTUARIUM DIASCORDII FRACASTORII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 166.*

℞. Scordii unciam unam,

E.

cinnamomi,
caſſiæ ligneæ,
dictamni Cretici,
tormentillæ,
biſtortæ,
gentianæ,
galbani,
gummi Arabici ana unciam ſemis,
ſeminis acetoſæ,
opii ana drachmam unam ſemis,
ſtyracis Calamitæ drachmas quatuor ſemis,
boli Armenæ unciam unam ſemis,
terræ Lemniæ unciam ſemis,
piperis longi,
zingiberis ana drachmas duas,
mellis clari libras duas ſemis,
conſervæ roſarum libram unam.
Fiat electuarium.

## PHILONIUM ROMANUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 165.*

℞. Piperis albi drachmas quinque,
opii drachmas duas ſemis,
caſſiæ ligneæ veræ drachmam unam ſemis,
ſeminis hyoſcyami albi drachmas quinque,
apii drachmam unam,
petroſelini Macedonici,
fœniculi,
dauci Cretici ana ſcrupulos duos, grana quinque,
croci ſcrupulum unum,
nardi Indicæ,
pyrethri,
zedoariæ ana grana quindecim,
cinnamomi drachmam unam ſemis,
euphorbii,
myrrhæ,
caſtorei ana drachmam unam,
mellis optimi uncias octo, drachmas quatuor ſemis.
Miſce.

## ELECTVARIUM CONTRA PHTHISIN.

*Diſp. Brandeb. pag. 16.*

℞. Radicum enulæ,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 48 sur 149

E.

Radicum *conſolidæ* majoris,
*pimpinellæ*,
*liquiritiæ* optimæ ana unciam unam,
herbæ pulmonariæ quercinæ,
hepaticæ fontanæ, ſeu lichenis petræi, nobilis,
urticæ minoris menſe Majo collectæ,
hederæ terreſtris ana manipulum unum,
veronicæ,
farfaræ ana manipulos duos,
ſalviæ minoris,
rorismarini,
ſcordii ana manipulum unum,
florum bellidis minoris rubri,
roſarum rubrarum ana manipulum ſemis,
centaurii minoris, manipulum unum,
corticum citri exteriorum recens ſiccatorum unciam unam,
baccarum *lauri* uncias duas,
cardamomi minoris,
macis,
galangæ ana drachmam unam,
caryophyllorum,
nucis moſchatæ ana drachmam ſemis,
fungorum ſalicis drachmas duas.

Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus & ex illo cum mellis deſpumati & clarificati libris quatuor, aut quantum ſufficit, ſecundum artem electuarium.

## ELECTUARIUM STOMACHICUM CUM ET SINE CINNAMOMO.

*Diſp. Brand. pag. 62.*

℞. Acori conditi uncias tres,
conſervæ meliſſæ,
menthæ ana uncias duas,
roſarum rubrarum uncias quatuor,
caryophyllorum unciam ſemis,
cinnamomi electi,
zingiberis albi ſcindendo comminuti ana unciam unam,
ſacchari albiſſimi in ſufficienti quantitate aqua roſarum ſoluti uncias ſex.

Miſce fiat ex arte electuarium.

Nota: ſi huic compoſitioni cinnamomum ſubtraxeris, habebis electuarium ſtomachicum ſine cinnamomo.

E.

## ELECTUARIUM TAMARINDORUM.

*Jungken corp. Pharm. pag. 461.*

℞. Foliorum ſennæ mundatorum uncias quinque,
cinnamomi optimi drachmas ſex,
ſeminis fœniculi drachmam unam,
vini Malvatici optimi libras tres.

Semel ebulliant, poſtea in loco calido per diem & noctem digerantur vaſe clauſo, fiat deinde colatura cum expreſſione, quâ extrahantur pulpæ paſſularum majorum & minorum una unciæ quatuor & ſemis, extractæ maſſæ per ſetaceum adde

pulpæ tamarindorum quantum ſatis,
cremoris tartari uncias duas,
olei nucis moſchatæ ſtillatitii ſcrupulum unum
aniſi ſcrupulum ſemis.

Miſce, fiat electuarium.

## ELECTUARIUM THERIACÆ ANDROMACHI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 154. ſeq.*

℞. Trochiſcorum ſquillinorum libram ſemis,
de vipera,
hedychroi,
piperis longi,
opii ana uncias tres,
roſarum rubrarum exſiccatarum,
ireos Illyricæ,
ſucci glycirrhizæ,
ſeminis Buniadis,
comarum ſcordii Cretici,
olei nucis moſchatæ expreſſi,
cinnamomi,
agarici trochiſcati ana unciam unam ſemis,
myrrhæ,

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 49 sur 149

E.

myrrhæ,
coſti odorati,
croci Orientalis,
caſſiæ ligneæ veræ,
nardi Jndicæ,
ſchœnanthi,
thuris maſculi,
piperis nigri & albi,
foliorum dictamni Cretici,
comarum marrubii,
rhabarbari electi,
ſtœchadis Arabicæ,
ſeminis petroſelini Macedonici,
calaminthæ montanæ,
terebinthinæ Cypriæ,
zingiberis albi,
radicis pentaphylli ana drachmas ſex,
polii Cretici,
chamæpyteos,
ſtyracis Calamitæ,
meu,
amomi racemoſi,
nardi Celticæ,
terræ Lemniæ veræ,
phu Pontici,
chamædryos,
folii,
chalcitidis toſtæ,
radicis gentianæ,
aniſi torrefacti,
hypociſtidis,
cubebarum,
gummi Arabici ſplendidi,
ſeminis fœniculi Cretici,
cardamomi minoris,
ſeminis ſeſeleos,
ſucci acaciæ,
thlaspios,
comarum hyperici,
ammeos,
calami aromatici,
ſagapeni ana unciam ſemis,
caſtorei,
ariſtolochiæ longæ,
ſeminis dauci Cretici,
bituminis Judaici,
opopanacis,
florum centaurii minoris,
galbani recentis ana drachmas duas,
mellis despumati libras quatuordecim, uncias quinque, drachmas duas.

E.

Omnia in ſex claſſes diviſa ad diſquiſitionem medicam exponenda & ſequenti modo commiſcenda ſunt: Gummata & reſinæ, terebinthina Cypria & ſtyrace exceptis, utpote ſagapenum, opopanax, galbanum, gummi Arabicum per ſe vino Cretico diſſoluta ac eliquata per ſetaceum tenuis pulticulæ formâ exprimantur; hoc facto ad permixtionem ſic accedendum: Primo ſex claſſes medicamentorum in tenuem pollinem redactas, una cum iis, quæ per ſe terenda ſunt, nec non ſpeciebus trochiſcorum hedychroi (terra Lemnia, croco & chalcitide exceptis,) commiſcebis, diligenter pulveres agitando, ut accurate & per minima permixti paullatim, poſtmodum melli & reliquis liquidioribus miſceri queant, eo plane modo, quem jam tradituri ſumus:
His igitur ita rité diſpoſitis, in cacabum magnum ſex circiter mellis deſpumati ac modicé calentis unciæ infundendæ, eæque piſtillo magno ligneo ita hinc inde diducendæ, ut cacabi jam dicti fundus & parietes aliquousque melle hoc tenuiſſimé obducta & quaſi peruncta videantur. Tunc omnium primo terebinthina Cypria ſupra prunas leni calore liquata, addito pauco melle & vino Cretico eidem aheno indenda, quam mox gummatum expreſſus quaſi cremor identidem vino Cretico modice dilutus & leniter calefactus ſubſequatur. Abhinc ſucci & liquores concreti, nempe ſuccus acaciæ, glycyrrhizæ, hypociſtidis, ipſumque opium compoſitioni jungantur, quæ omnia & ſingula vino Cretico diſſoluta ac colata, una cum prioribus aheno inditis, continua ac indeſinenti agitatione probe permiſceantur, ne quid grumeſcat, ſed compoſitio ipſa evadat æqualis ac tenera, atque ſic alternis vicibus modo mellis portio aliqua affundenda, modo pulveres inſpergendi, donec omnis pulverum quantitas melli unita fuerit. Tunc verò terra Lemnia & poſt eam chalcitis, utraque prius vino Cretico diluta, adjicienda; abhinc ſtyrax Calamita, addito modico

H vino

E. E.

vino Cretico, ſuper prunas liquefiat, ac oleo nucis moſchatæ addito artificioſe, ne grumeſcat, diſſolvatur compoſitioni que addatur. Quæ ubi probé una cum cæteris omnibus mixta fuerint, crocus eodem vino Cretico dilutus theracam intret, & poſtremo oleum caryophyllorum, quod à trochiſcis hedychroi, in quorum ſtructura Opobalſami vices ſupplere debebat, huc accedit, medicamentumque diu ac ſtrenue agitandum, ut omnium eo perfectior fiat mixtio, idque in vaſe mundo reponendum, cujus tertia vel ad minimum quârta pars vacua ſuperſit, ut theriaca fermentando in ampliorem molem accreſcens & inſurgens commode per dies aliquot in eo agitari queat, Eſt enim ad dies minimum octo continuas quotidie agitanda, deinde verò ſingulis menſibus commovenda, donec anni unius ætatem attigerit, ſemper eam diligenter contegendo & ab externis injuriis muniendo, eritque ſic theriaca omnibus ſuis numeris abſoluta, eos effectus præſtans, quos ſeculum vetus atque etiam modernum de tam nobili ac pretioſo medicamine pollicetur.

## ELECTUARIUM THERIACÆ COELESTIS.

*Frid. Hoffman. Poter. pag. 669.*

℞. Extracti opii drachmas ſex,
croci liquidi,
ſtoracis ana drachmas tres,
myrrhæ electæ & per ſolutionem depuratæ unciam ſemis,
galbani,
maſtiches,
opopanacis per ſolutionem depurati ſcrupulos duos,
extracti caſtorei ſcrupulum unum,
cardui benedicti,
centaurii minoris,
ſcordii,
tormentillæ,
contrayervæ,
angelicæ ana unciam ſemis,
vincetoxici,
valerianæ,
gentianæ,
ariſtolochiæ rotundæ ana drachmas tres,
reſinæ ligni aloës,
ladani,
guajaci ana drachmam unam,
olei cinnamomi,
zedoariæ,
cardamomi,
cubebarum,
camphoræ,
macis,
caryophyllorum,
juniperi,
corticum citri ana guttas duodecim,
nucis moſchatæ expreſſæ,
balſami Peruviani ana drachmas tres,
bezoardici mineralis,
cinnabaris nativæ præparatæ,
ſuccini,
pulveris viperarum ana unciam ſemis,
ſalis ſuccini drachmam unam ſemis,
ambræ gryſeæ ſcrupulum unum,
ſalis cornu cervi volatilis drachmam unam ſemis.

Miſce, fiat lege artis theriaca, ex qua pilulæ ponderis grani unius formandæ ſunt.

## ELECTUARIUM MITHRIDATII DAMOCRATIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 161.*

Nota: Ad differentiam theriacæ Andromachi compoſitionem hujus decantati electuarii juxta normam ſex claſſium hûc transſcribere conſultum duximus:

### *Claſſis I.*

℞. Seminis aniſi drachmas tres,
zingiberis drachmas decem,
macis,
caryophyllorum ana unciam ſemis,
gentianæ drachmas quinque,

pen-

E.

pendit hæc claſſis uncias tres, drachmas duas.

*Claſſis II.*

℞. Scordii Cretici drachmas ſeptem,
nardi Celticæ,
ſeminis petroſelini *Macedonici* ana drachmas quinque,
piperis longi unciam unam,
pendit hæc claſſis uncias tres, drachmam unam.

*Claſſis III.*

℞. Polii montani drachmas ſeptem,
ſeminis fœniculi drachmas quinque,
phu Pontici drachmas tres,
pendit hæc claſſis unciam unam, drachmas ſeptem.

*Claſſis IV.*

℞. Cinnamomi drachmas decem,
zedoariæ,
ſeſeleos ana unciam unam,
roſarum drachmas quinque,
pendit hæc claſſis uncias tres, drachmas quinque.

*Claſſis V.*

℞. Dictamni Cretici drachmas quinque,
caſſiæ ligneæ,
cubebarum,
piperis albi ana drachmas ſeptem,
ſeminis thlaſpios drahmas decem,
pendit hæc claſſis uncias quatuor ſemis,

*Claſſis VI.*

Seminis dauci drachmas ſeptem,
cardamomi drachmas quinque,
calami aromatici,
ariſtolochiæ rotundæ ana drachmas tres,
angelicæ.
hyperici ana drachmas duas ſemis,
ſequentia porro per ſe terantur:
myrrhæ,
thuris,
agarici,

E.

croci ana drachmas decem,
caſtorei uncia una,
bdellii drachmæ ſeptem,
carnis ſcinci marini in minutiſſimas partes inciſæ drachmæ duæ ſemis,
inſuper: ſpicæ Jndicæ,
ſchœnanthi ana drachmæ decem,
ſtœchadis uncia una.

Minutim inciſa, mucilagine tragacanthi imbuta & denuo exſiccata in pulverem redigantur.

Trochiſcorum Cypheos, utpote cæteroquin apud nos minus uſualium ingredientia, itidem in pulverem contuſa ſufficientem eorum recipiendo doſin inſuper addantur, pulpa vero ex uvis paſſis educta & vino Cretico diluta in ipſa Mithridatii mixtione infundantur. Hoc peracto gummata & ſucci vino Cretico ſolvantur, ac eo plane modo, qui in theriaca præſcriptus eſt, cum terebinthina, melle & pulveribus ſex claſſium uniantur, adjiciendo ſub finem crocum vino Cretico dilutum, itemque ſtyracem oleo nucis moſchatæ & eodem vino liquatum. atque ſic ſeduiâ ſtrenuâque agitatione compoſitio hæc ſuam perfectionem acquirat, quæ identidem in vaſe mundo & ſatis amplo, ut fermentare queat, reponenda, atque ut theriaca ſæpius commovenda, donec in annum adoleverit.

## ELECTUARIUM THERIACÆ SMARAGDINÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 159.*

℞. Smaragdi præparati drachmas tres,
hyacinthi præparati,
radicum pœoniæ,
ſeminum ejuſdem,
viſci quercini,
cinnamomi,
zedoariæ ana drachmas duas,
croci drachmam ſemis,
dictamni Cretici,
ſeminum citri ana drachmas tres,
acetoſæ,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 52 sur 149

E.

coralliorum rubrorum præparatorum ana drachmam unam ſemis,
raſuræ unicornu,
eboris ana drachmas duas,
ſirupi è ſucco limonum,
mellis deſpumati ana quantum ſatis.
Fiat electuarium molle.

## SOTIRELLA PARVA.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 179.*

℞. Olei nucis moſchatæ expreſſi drachmam unam,
opii Thebaici,
ſpecierum diambræ incompletarum ana drachmam ſemis,
camphoræ,
extracti croci ana grana ſex,
olei caryophyllorum deſtillati guttas quindecim.
Redigantur in formam opiatæ ſpiſſioris.

# Elixiriorum Selectus.

## ELIXIR APERITIVUM CLAUDERI.

*Jungk. corp. Pharm. pag. 481.*

℞. Salis cinerum clavellatorum depuratorum quantum vis,
aquæ florum ſambuci,
cochleariæ,
naſturtii ana ad eminentiam quatuor vel quinque digitorum,
ſolutio filtretur & affundatur groſſo pulveri
aloës,
myrrhæ ana unciæ uni,
croci unciæ ſemis,
ſtent in digeſtione, fiat filtratio.

## ELIXIR BALSAMICUM HOFFMANNI.

*Jungk. corp. Pharm. pag. 481.*

R. Herbæ ſcordii manipulos tres,
florum centaurii minoris manipulum unum,
myrrhæ unciam ſemis,

E.

croci drachmam unam,
ſuccini,
zedoariæ,
nucis moſchatæ ana drachmas tres,
ligni aloës drachmam unam ſemis,
corticum aurantiorum unciam ſemis,
olei cardamomi,
caryophyllorum ana guttas decem,
ſpiritus vini tartariſati menſuram unam,
ſalis armoniaci unciam unam,
fiat lege artis elixir.

## ELIXIR FEBRILE WEDELII.

*Pharm. Argent. pag. 64.*

℞. Radicis galangæ,
zedoariæ,
ſummitatum abſinthii ana unciam unam,
acori veri drachmas ſex,
chinæ chinæ,
ligni colubrini,
caſſiæ caryophyllatæ,
florum centaurii minoris ana drachmas tres,
corticum citri,
aurantiorum,
rhabarbari electi ana drachmas duas,
macis,
nucis moſchatæ,
caryophyllorum ana drachmam unam ſemis,
coſti veri,
ſchœnanthi ana drachmam unam.
Inciſis & mixtis affunde ſpiritus ſalis unciam unam & cum ſpiritus vini rectificatiſſimi libris quatuor, lege artis, extrahe tincturam.

## ELIXIR PECTORALE WEDELII.

*Amœnit. Mat. Med. pag. 141.*

℞. Radicis helenii,
althææ,
ireos Florentinæ,

Radi-

E.

Radicis ſquillæ præparatæ,
ligni ſantali rubri ana unciam unam,
rorellæ unciam unam ſemis,
benzoës drachmas ſex,
myrrhæ,
glycyrrhizæ,
ſeminis *aniſi*, ana unicam ſemis,
gummi ammoniaci drachmas duas,
croci drachmas tres.

Extrahatur ſpiritu vini rectificato addendo ſpiritus ſalis parum.

## ELIXIR PROPRIETATIS CORRECTUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 283.*

℞. Spiritus juniperi,
roris Majalis à terebinthina abſtracti, & ab oleo ſeparati ana quantum ſatis,
ſpiritus vitrioli quantum ſufficit pro dictorum acidulo ſapore,
miſceantur, poſtea:
℞. aloës,
myrrhæ ana unciam unam ſemis,
croci uniam ſemis,
pulveriſatis affundatur menſtruum modo deſcriptum ad eminentiam trium digitorum & poſt octiduanam digeſtionem liquor tinctus filtretur, & aſſervetur.

## ELIXIR PROPRIETATIS CUM ACIDO SIVE PARACELSI.

*Diſp. Brandenb. pag. 65.*

℞. Aloës ſuccotrinæ,
myrrhæ, ana uncias duas,
croci, unciam unam.

Aloën & myrrham in pulverem redige, myrrham ſpiritu ſulphuris irrora, ut paſtæ inſtar fiat, tum utrique crocum conquaſſatum junge, ac affuſo ad eminentiam trium digitorum tranſverſorum circiter pro vitri capacitate, vini ſpiritu, octiduum digere, ſpiritum tinctum effunde ac alium affunde, digere, tandem

E.

tincturas confunde, per bibulam cola ac ſerva.

## ELIXIR PROPRIETATIS SINE ACIDO.

*Diſp. Brand. pag. 65.*

℞. Myrrhæ electæ,
aloës ſuccotrinæ,
croci optimi, in ſubtiliſſimum pulverem redactorum ana quantum vis,

Irrora olei tartari per deliquium parati quantitate ſufficiente, ut pultis conſiſtentiam induat, digeſtis in vitro commodo, probe obturato, viginti quatuor horas, affunde ſpiritus vini rectificatiſſimi ad eminentiam quatuor digitorum tranſverſorum, ſtent in digeſtione balnei quatuordecim dies, vaſe exactiſſime clauſo & Hermetice bene ſigillato, agitando ſemel de die vas, donec ſaturate rubens extractum ſit elixir ſine acido dictum. Cujus virtus eximia ſatis, affuſa ſingulis ejus unciis drachma una ſpiritus ſalis ammoniaci vinoſi, aut alterius ſalis volatilis aromatici, digerendo biduum, egregie exaltari poteſt in

*Elixir proprietatis dulce volatile.*

## ELIXIR PROPRIETATIS CUM RHABARBARO.

*Diſp. Brand. pag. 65.*

℞. Aloës ſuccotrinæ drachmas ſex,
myrrhæ rubræ electæ drachmas duas,
croci orientalis drachmam unam ſemis,
rhabarbari optimi unciam ſemis,

conciſis & contuſis in phiola capaci affunde vini Malvatici generoſi uncias octo,
ſpiritus ſalis rectificati unciam unam,
ſtent vaſe optime obturato in digeſtione loco tepido octiduum, tum filtretur & ſervetur.



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 54 sur 149

E.

## ELIXIR VITÆ MATTHIOLI COMPLETUM ET INCOMPLETUM.

*Pharm. Argent. pag. 68.*

℞. Cinnamomi drachmas decem,
zingiberis drachmas quinque,
ſantali citrini unciam unam ſemis,
zedoariæ drachmas quinque,
caryophyllorum,
galangæ,
nucis moſchatæ ana drachmas tres,
macis drachmas duas,
ligni aloës,
cubebarum ana drachmam unam,
cardamomi utriusque ana drachmas tres ſemis,
ſeminis melanthii drachmas tres,
aniſi,
fœniculi,
paſtinacæ ſylveſtris,
ocymi,
radicis angelicæ,
caryophyllatæ,
calami aromatici,
phu minoris,
foliorum ſclareæ,
thymi,
calaminthæ,
pulegii,
menthæ,
ſerpilli,
amaraci ana drachmas duas,
florum roſarum rubrarum drachmas tres ſemis,
ſalviæ,
betonicæ,
roriſmarini,
ſtœchadis,
bugloſſi,
borraginis ana drachmam unam ſemis,
corticum citri drachmas tres.

Inciſa & contrita macerentur in libris duodecim ſpiritus vini rectificati per quindecim dies, poſtea deſtillentur, & in prolecto liquore infundantur
ſantali citrini drachmæ duæ ſemis,

E.

ambræ gryſeæ,
moſchi Orientalis ana drachmam ſemis,
poſt filtrationem addendo
julepi roſarum libram unam,
tingatur coccinella.

Nota: omiſſa ambra & moſcho Orientali incompletum eſt Elixir, quæ duo ex tempore, pro re nata & Medicorum deſideriis, addi poterunt.

## ELIXIR VITRIOLI MYNSICHTI.

*Diſp. Brandeb. pag. 66.*

℞. Calami aromatici unciam unam,
caryophyllorum,
cinnamomi electi ana drachmas tres.
cubebarum,
nucis moſchatæ ana drachmas duas,
galangæ minoris unciam unam ſemis,
corticum citri,
ligni aloës ponderoſi ana drachmam unam,
menthæ criſpæ,
ſalviæ acutæ,
zingiberis albi ana drachmas tres,
ſacchari albiſſimi uncias tres.

Inciſa & contuſa miſce & ſuperfunde ſpiritus vini rectificati uncias octo, ſtent in digeſtione per quatuordecim dies, deinde adde ſpiritus vitrioli uncias quatuor, digerantur ſeptimanas quatuor, tum per emporeticam colentur. Reſiduo ſpiritus vini uncias aliquot affunde, digere & eſſentiam reliquam extrahe, quam à fæcibus filtro ſeparatam priori tincturæ junge, & aliquandiu circulatam probe ſerva.

## ELIXIR UTERINUM CROLLII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 284.*

℞. Caſtorei libram ſemis,
croci Orientalis uncias duas,
extrahe tincturam cum ſpiritu vini & ſepara

E.

para ſpiritum ad remanentiam extracti, cui adde

extracti artemiſiæ uncias quatuor,
ſalis matris perlarum unciam unam,
olei deſtillati aniſi,
angelicæ,
ſuccini ana drachmas duas.

Olea deſtillata in ſufficiente quantitate ſpiritus vini ſuperius abſtracti ſoluta & cum reliquis mixta per octo dies digerantur, poſtea filtrentur.

## Emplastrorum Selectus.

### EMPLASTRUM ALBUM COCTUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 221.*

℞. Olei libras duas,
ceruſſæ libram unam ſemis,
ceræ albæ uncias quatuor.

Ceruſſam cum oleo leni igne ad debitam conſiſtentiam coquendo & tandem ceram in eo liquefaciendo fiat emplaſtrum.

### EMPLASTRUM DE AMMONIACO FORESTI.

*Diſp. Brand. pag. 67.*

℞. Mucilaginis ſeminis fœnugræci,
lini ana unciam unam,
olei Irini drachmas ſex,
pinguedinis anatis,
anſeris,
gallinæ ana drachmam unam ſemis,
unguenti de althæa drachmas duas,

coquantur igne moderato ad humiditatis abſumtionem, quibus colliqueſcant

ceræ flavæ recentis & odoræ unciæ duæ,
reſinæ pini drachmæ ſex,

liquatis ac ab igne remotis junge terebinthinæ unciam unam, in qua liquefactæ fuerint & ſolutæ

gummi ammoniaci depurati uncia ſemis,

E.

galbani depurati drachma una.

Tandem adde

furſurum triticeorum unciam ſemis,
pulveris radicum bryoniæ,
iridis Florentinæ ana drachmas duas,
bdellii in aceto roſaceo diſtemperati, drachmam unam,
maſſæ emplaſtri de meliloto drachmas ſex.

Miſce, fiat lege artis emplaſtrum.

### EMPLASTRUM DE BACCIS LAURI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 221.*

℞. Thuris,
maſtiches,
myrrhæ ana unciam unam,
baccarum lauri uncias duas,
cyperi,
coſti ana unciam unam,
olei laurini,
terebinthinæ Venetæ,
ceræ citrinæ ana unciam ſemis,
mellis deſpumati quantum ſufficit.

Oleo, terebinthinâ & cerâ invicem liquatis poſt factam ab igne depoſitionem cætera immiſcendo fiat ſecundum artem emplaſtrum.

### EMPLASTRUM DE BETONICA.

*Diſp. Brand. pag. 70.*

℞. Ceræ flavæ,
reſinæ pini,
terebinthinæ ana uncias duas,

lique factæ cum reſinâ ceræ & aliquatenus refrigeratæ therebinthinam adde, hisque unitis pulveres ſubtiliſſimos ex arte & exacte miſcendo

betonicæ unciam ſemis,
maſtiches,
mumiæ,
thuris ana drachmas duas,

fiat emplaſtrum.



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 56 sur 149

E.

## EMPLASTRUM DE CICUTA,

*Diſp. Brand. pag. 70.*

℞. Cicutæ cum toto ſiccatæ & contuſæ uncias novem,
ſucci ejusdem expreſſi uncias quatuor,
gummi ammoniaci in ſucco prædicto cicutæ ſoluti unciam unam ſemis,
olei capparum uncias octodecim,
Irini uncias ſex,

digerantur quatriduum in balneo maris ac poſtea coquantur cum oleis pulveres cicutæ, ſuccus & ammoniacum ad conſumtionem ſucci, hinc forti expreſſione colentur, ac colaturæ colliquentur ceræ flavæ novæ unciæ quinque, fiat lege artis emplaſtrum.

## EMPLASTRUM CITRINUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 223.*

℞. Reſinæ libram unam,
ceræ citrinæ libram ſemis,
ſebi cervini uncias quatuor,
terebinthinæ uncias duas.

Fiat emplaſtrum omnia liquando & colando.

## EMPLASTRUM DE CRUSTA PANIS.

*Diſp. Brand. pag. 71.*

℞. Cruſtæ panis abunde fermentati, mediocriter toſtæ, & aceto forti dimidium horæ maceratæ uncias duas,
ceræ citrinæ unciam unam,
maſtiches electæ unciam ſemis,
menthæ pulveriſatæ drachmas duas,
olei cydoniorum,
maſtichini,
terebinthinæ ana unciam unam,

ceræ cum terebinthina colliquatæ olea & reliqua lege artis commiſcendo fiat emplaſtrum.

E.

## EMPLASTRUM DEFENSIVUM FELICIS WüRZII.

*Pharm. Argent. pag. 75.*

℞. Ceræ citrinæ,
reſinæ ana uncias octo,
ſevi hircini,
terebinthinæ ana uncias ſex,
pulveris herbæ alchymillæ uncias quatuor,
Miſce, fiat emplaſtrum.
NB. Si viridius deſideratur, ſingulis libris emplaſtri hujus adjicito æruginis mundatæ drachmas duas.

## EMPLASTRUM DIACHYLON CUM GUMMATIBUS VIGONIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 222.*

℞. Radicum althææ libram ſemis,
ſeminis lini,
fœnugræci ana unciam unam,
malvæ,
althææ,
cydoniorum ana unciam ſemis,
pſyllii drachmas duas,
ſucci glycyrrhizæ drachmas decem,
cum aqua fontana coquantur & exprimantur, mucilagini expreſſæ adde
olei chamæmelini,
anethini,
liliorum,
lini,
irini ana uncias tres,
amygdalorum dulcium,
lithargyrii aurei ana drachmas decem,
coquantur ad humoris aquei conſumtionem, poſtea ab igne removeantur, & cum
pinguedinis gallinæ,
anatis,
anſeris ana unciis tribus
œſypi drachmis decem,
ſebi vitulini libra ſemis,
pulveris radicis ireos unciis duabus,
florum violarum uncia dimidia,
bdellii drachmis tribus,

tere-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 57 sur 149

E.

terebinthinæ uncia una ſemis,
ammoniaci præparati drachmis quinque,
ſagapeni,
opopanacis,
galbani ana præparatorum drachmis tribus.

Gummata hæc cum terebinthina liquando, fiat ſecundum artem emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DIACHYLON SIMPLEX.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 222.*

℞. Mucilaginis fœnugræci,
ſeminis lini,
radicis althææ ana libram unam,
olei clari libras tres,
lithargyrii libram unam ſemis.

Coquantur omnia leni igne, continue agitando, uſque ad humiditatis aquoſæ conſumtionem, vel juſtam conſiſtentiam.

## EMPLASTRUM DIAPHORETICUM MYNSICHTI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 224.*

℞. Ceræ flavæ uncias undecim,
colophoniæ,
bdellii ana uncias quatuor,
ſuccini citrini uncias tres,
gummi ammoniaci præparati,
terebinthinæ puræ ana uncias duas.
galbani præparati,
ſandaracæ ana unciam unam,
maſtiches,
thuris electi ana unciam ſemis,

Cera cum colophonia liquetur, & coletur; quibus ab igne ſepoſitis & ſemirefrigeratis, ammoniacum, galbanum & terebinthinam invicem liquefacta, poſt reliqua in pulverem contrita immiſcendo, fiat ſecundum artem emplaſtrum.

## EMPLASTRUM AD DOLORES DENTIUM.

*Pharm. Argentor. pag. 79.*

℞. Gummi carannæ,

E.

Gummi maſtiches,
elemi,
tacamachacæ ana unciam unam,
ſtoracis Calamitæ unciam ſemis,
olei nuciſtæ expreſſi ſcrupulos octo,
opii Thebaici unciam unam,
terebinthinæ unciam ſemis.

Miſce, fiat lege artis emplaſtrum.

## EMPLASTRUM AD FRACTURAS ET LUXATIONES OSSIUM.

℞. Mucilaginis radicis althææ uncias ſex,
radicis conſolidæ majoris & minoris ana uncias duas,
baccarum myrti,
ſummitatum hyperici ana unciam ſemis,

in pulverem redacta & mixta bulliant in vini rubri adſtringentis & aquæ fabrorum ana libris duabus ad conſumtionem dimidiæ partis, colaturæ adde
olei myrtini,
roſacei omphacini ana libram unam ſemis,
ſevi hircini uncias octo,

denuo coquantur ad conſumtionem decocti, iterum colentur & colaturæ adde
lithargyrii aurei,
argentei,
minii ana uncias quatuor,
ceræ flavæ uncias tres,
colophoniæ unciam unam,
picis navalis uncias ſeptem,
pulveris balauſtiorum,
maſtiches,
ſuccini,
thuris, ana unciam ſemis,
ſanguinis draconis quantum vis,
terebinthinæ claræ quantum ſufficit ad emplaſtri catagmatici conſiſtentiam.

## EMPLASTRUM CRYSEUM.

*Pharm. Argentor. pag. 80.*

℞. Lapidis calaminaris præparati unciam unam,



lithar-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 58 sur 149

E.

lithargyri uncias duas,
terebinthinæ unciam unam ſemis,
ceræ uncias tres,
ſevi cervini uncias quatuor,
thuris electi,
maſtiches ana unciam ſemis,
myrrhæ drachmas duas,
camphoræ drachmam unam ſemis,
Confice ſecundum artem, ſevo, terebinthinâ & cerâ liquatis, poſt aliqualem refrigerationem, reliquorum pulveres immiſcendo, emplaſtrum.

## EMPLASTRUM HERNIOSUM.

*Pharm. Argent. pag. 80.*

℞. Terebinthinæ claræ uncias ſex, in qua liquefacito
pulveris maſtiches electæ unciam unam,
ceræ flavæ uncias quatuor,
quibus liquatis adde
ſucci acaciæ
hypociſtidis ana in decocto forti glandium laricis ſeu abietis in pultis formam ſoluti unciam unam,
pulveris myrrhæ,
olibani,
radicis ſymphyti majoris ana unciam unam,
ſanguinis draconis,
aluminis crudi parumper cum ſuperiori decocto humectati ana drachmas ſex,
nucum cupreſſi,
lapidis hæmaticis,
ſeminis perfoliatæ,
vitrioli parum calcinati ana unciam ſemis.
Miſceantur exacte, fiat ceratum.

## EMPLASTRUM MALACTICUM CUM GUMMATIBUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 224.*

℞. Ceræ citrinæ uncias duas, drachmas ſex,
terebinthinæ drachmas decem,
ſevi cervini,
reſinæ ana unciam unam,
gummi ammoniaci,
galbani ana præparatorum unciam ſemis,
pulveris curcumæ,
fœnugræci,
lini ana unciam ſemis,
althææ drahmas duas,
farinæ fabrum,
tritici ana drachmas tres.
Ceræ, ſevo & reſinæ liquefactis, colatis, poſtea ab igne ſepoſitis & ſemirefrigeratis pulveres ac gummata cum terebinthina liquata immiſcendo fiat emplaſtrum.

## EMPLASTRUM MATRICALE.

*Diſp. Brand. pag. 75.*

℞. Gummi galbani,
ammoniaci in aceto ſquillitico ſoluti ana drachmas ſex,
caſtorei optimi,
myrrhæ electæ ana unciam ſemis,
aſæ fœtidæ drachmas duas,
matricariæ drachmas duas ſemis,
olei rutæ quantum ſufficit,
ceræ parum,
miſce, tandemque adde
olei deſtillati angelicæ,
ſuccini ana ſcrupulos duos,
extracti caſtorei grana quatuordecim.
Miſce fiat lege artis emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DE MELILOTO.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 225.*

℞. Meliloti uncias ſex,
florum chamæmeli,
fœnugræci,
baccarum lauri,
radicis althææ,
abſinthii ana drachmas tres,
ſeminis apii,
car-

E.

cardamomi,
ireos,
cyperi,
ſpicæ nardi Indicæ,
caſſiæ ligneæ,
ammeos ana drachmam unam ſemis,
majoranæ drachmas tres,
ammoniaci præparati drachmas decem,
ſtyracis calamitæ præparatæ,
bdellii ana drachmas quinque,
terebinthinæ uncias tres,
ficuum pinquium numero duodecim,
ſevi hircini,
reſinæ ana uncias duas ſemis,
ceræ libram unam,
olei ſampſuchini,
nardini ana quantum ſatis.

Cera cum reſina & ſevo liquata ac colata miſceatur oleis, poſtea ab igne depoſitis & ſemirefrigeratis, pulveres, ac tandem ſtyrax & ammoniacum in therebinthina liquata, ut & ficus in pulpam craſſam redactæ addantur.

## EMPLASTRUM DE MINIO.

*Diſp. Brand. pag. 75.*

℞. Ceruſſæ ſubtiliſſime tritæ,
lithargyrii utriusque,
minii ana uncias quatuor,
Olei myrtini,
roſarum ana libram unam ſemis,
pinguedinis gallinæ uncias duas,
porcinæ uncias ſeptem,
ſevi cervini,
hirci caſtrati ana libram ſemis,
terebinthinæ,
unguenti populeonis ana uncias quatuor,
ceræ citrinæ quantum requiritur.

Ceruſſam, lithargyrium & minium oleis convenienti igne incoquendo, admixtis poſtea & colliquatis pinguedinibus, terebinthina ac unguento, fiat

E.

lege artis emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ.

## EMPLASTRUM MIRACULOSUM.

*Diſp. Brand. pag. 76.*

℞. Ceruſſæ,
minii ana libram unam,
olei olivarum libras duas cum ſemiſſe,
ſaponis Veneti bene ſiccati uncias tres,

Scindatur ſapo minutiſſime atque oleo in diplomate igne moderato ferventi immiſceatur, ubi omnis ſapo oleo fuerit colliquatus & mixtus, inſperge continue movendo alternatim ceruſſam & minium ſubtiliſſime trita, ſemperque rudicula lignea diligentiſſime agitando, ne in fundum cadant, ſimulque cavendo, ne nimio igne ebulliant nimis, igne moterato coquantur, donec ſubfuſcum colorem induere incipiant, & juſtam emplaſtri ductilis conſiſtentiam, id quod guttula in frigidam aquam inſtillata experiri poteris, acquirant. Tum igne remove ac mediam circiter partem aut in ſcatulas effunde, aut in aquam frigidam, donec tractabilis fiat, tunc manibus oleo delibutis malaxando efforma magdaleones ac ſerva,

Alteri medietati igni rurſus parum impoſitæ aluminis uſti drachmas duas exacte miſce, ſic perinde in ſcatulas effunde aut magdaleones efforma, ad ulcera mali moris & inveterata accommodum. Quod ſi contra catarrhum ejusdem uſum exoptes, loco aluminis camphoram in olei olivarum pauxillo diſtemperatam ſub finem adde & miſce.

## EMPLASTRUM NERVINUM VIGONIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 226.*

℞. Olei chamæ melini,
roſarum ana uncias dua,
maſtichini,
terebinthinæ,
lini ana uncia unam ſemis,

E.

terebinthinæ claræ uncias quatuor,
ſevi vitulini,
hircini, ana uncias duas ſemis,
herbarum roriſmarini,
betonicæ,
caudæ equinæ,
centaurii ana manipulum unum,
vermium terreſtrium lotorum uncias tres,
radicum rubiæ tinctorum drachmas decem,
hyperici fol. & ſem. ejus ana manipulum unum,
maſtiches pulveriſatæ,
gummi elemi ana drachmas decem,
picis navalis,
reſinæ ana unciam unam ſemis,
ſagapeni,
galbani,
ammoniaci ana præparatorum drachmas tres,
lithargyrii utriusque ana uncias duas ſemis,
minii uncias duas,
ceræ quantum ſatis.

Oleum chamæmelinum, roſarum, maſtichinum & lini cum lithargyrio & minio coquantur ad debitam conſiſtentiam, poſtea addantur pix, reſina, ſevum cum cera invicem liquata & colata, atque cum ab igne depoſita & ſemirefrigerata fuerint, reliqua in pulverem redacta, nec non gummi elemi, ſagapenum, galbanum, ammoniacum cum terebinthina liquefacta, ac tandem oleum terebinthinæ.

## EMPLASTRUM NORIBERGENSE.

*Pharm. Argent. pag. 84.*

℞. Olei olivarum libras duas,
minii ſubtiliſſime pulveriſati uncias ſex,
ſaponis Veneti,
camphoræ ana unciam unam.

E.

Cum ſufficiente quantitate ceræ fiat emplaſtrum.

## EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 226.*

℞. Ceræ,
picis,
colophonii ana libram unam,
croci,
terebinthinæ,
galbani præparati,
ammoniaci præparati,
myrrhæ,
olibani,
maſtiches, ana uncias quatuor.

Cera, pix & colophonia invicem liquentur & colentur, quibus dein ab igne ſepoſitis & ſemirefrigeratis, galbanum & ammoniacum in terebinthina ſoluta, poſt reliqua in pulverem ſubtiliſſimum redacta jungantur, fiatque ſecundum artem emplaſtrum.

## EMPLASTUM DE RANIS CUM MERCURIO VIGONIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 227.*

℞. Olei chamæmelini,
anethini,
liliorum alborum ana uncias duas,
de croco unciam unam,
pinguedinis vituli libram ſemis,
ranarum numero ſex,
lumbricorum elotorum uncias tres ſemis,
decocti radicum ebuli
enulæ ana uncias duas,

coquantur ad conſumtionem humiditatis aqueæ, & poſt colaturam, cum
lithargyrii libra una
bulliant ad debitam conſiſtentiam, poſtea addantur
ceræ flavæ unciæ ſex,
& ab igne remotis
pulveris euphorbii drachmæ quinque,
thuris

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 61 sur 149

E.

thuris drachmæ decem,
ſchœnanthi,
ſtæchadis,
matricariæ ana uncia ſemis,
terebintinæ claræ unciæ duæ,
ſtyracis liquidæ uncia una ſemis,
argenti vivi cum dicta terebinthina & ſtyrace probe permixti unciæ quatuor,
axungiæ viperinæ unciæ duæ ſemis,
olei ſpicæ unciæ duæ,
laurini uncia una ſemis,
fiat emplaſtrum,
Nota : emplaſtrum hoc ſine mercurio etiam ad uſum parari poteſt.

## EMPLASTRUM RUBRUM ANTIMONIATUM.

*Pharm. Argent. pag. 87.*

℞. Emplaſtri diapalmæ uncias quatuor,
boli Armenæ,
cretæ ana unciam ſemis,
antimonii diaphoretici drachmas duas,
olei laurini unciam ſemis,
tartari per deliquium drachmam unnam,
miſce fiat emplaſtrum.

## EMPLASTRUM SANTALINUM, ALIAS INCOGNITUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 228.*

℞. Ceræ novæ uncias quatuor,
reſinæ uncias quinque ſemis,
ſantali rubri unciam unam ſemis,
croci drachmas duas,
olibani,
maſtiches,
myrrhæ,
aluminis ana drachmam unam ſemis,
Fiat ſecundum artem emplaſtrum, ceræ cum reſina liquefactæ & colatæ iterumque ſemirefrigeratæ, ſantalum & crocum cum vini ſpiritu diluta, nec non reliqua in pulverem redacta, imiſcendo.

E.

## EMPLASTRUM SAPONATUM BARBETTE.

℞. Minii,
ceruſſæ,
ſaponis Veneti ana uncias decem,
olei olivarum libras duas,
axungiæ porcinæ uncia unam.
Coque lendo igne in formam emplaſtri, in fine addendo
camphoræ unciam unam in ſpiritu vini ſolutæ & ad pultis formam redactæ.

## EMPLASTRUM DE SPERMATE CETI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 229.*

℞. Ceræ albæ uncias quatuor,
ſpermatis ceti uncias duas,
gummi galbani unicam unam,
ceræ eliquatæ commiſceatur ſpermaceti & tandem gummi galbanum tritum, fiat lege artis emplaſtrum.

## EMPLASTRUM E SPERMATE RANARUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 229.*

℞. Spermatis ranarum depurati,
olei olivarum ana libras tres,
ceruſſæ Venetæ libras quatuor ſemis,
ceræ albæ libram unam,
aluminis crudi uncias quatuor,
terebinthinæ drachmas duas,
camphoræ unciam unam.
oleum cum ſpermate ranarum usque ad humiditatis aquoſæ conſumtionem coquatur, poſtea cera & terebinthina ut & reliqua pulveriſata ex arte immiſceantur.

## EMPLASTRUM STICTICUM CROLLII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 229.*

℞. Minii,
calaminaris lapidis ana libram ſemis,
lithargyrii utriusque ana uncias tres,
olei lini
olivarum ana libram unam ſemis,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 62 sur 149

E.

olei *laurini* libram ſemis,
ceræ,
colophoniæ ana libram unam,
vernicis,
terebinthinæ ana libram ſemis,
opopanacis præparati,
galbani præparati,
ſagapeni præparati,
amoniaci præparati,
dbellii ana uncias tres,
ſuccini citrini,
olibani,
myrrhæ Alexandrinæ,
aloës hebaticæ,
ariſtolochiæ longæ,
rotundæ ana unciam unam,
mumiæ transmarinæ,
magnetis,
hæmatitæ ana unciam unam, ſemis,
coralliorum alborum,
rubrorum,
matris perlarum,
ſanguinis draconis
terræ medicatæ Strigenſis,
vitrioli albi ana unciam unam,
florum antimonii,
croci martis ana drachmas duas,
camphoræ ana unciam unam.

Oleum lini & olivarum cum lithargyriis aliquandiu coquatur, hinc addatur lapis calaminaris & paulo poſt minium, quæ omnia agitando coquantur ad ſufficientiam, tandem etiam addatur circa finem vernix, oleum laurinum, cera, colophonium, invicem liquefacta & colata; ab igne depoſitis & ſemirefrigeratis immiſceantur opopanax, galbanum, ſagapenum & ammoniacum cum terebinthina ſoluta ut & camphora ac reliqua in ſubtilem pulverem redacta.

## EMPLASTRUM STOMACHICUM BURRHI,

*Pharm. Aug. Ren. pag. 244.*

℞. Ceræ virgineæ uncias octo,
tacamahacæ uncias quatuor,
terebinthinæ unciam unam,
balſami Peruviani,

E.

olei deſtillati menthæ, ana drachmas duas,
caryophyllorum drachmam unam.

Ceræ cum terebinthina liquefactæ & ſemirefrigeratæ admiſceatur tacamahaca pulveriſata, ac tantem balſamum cum oleis ſolutum.

## EMPLASTRUM STRUMALE BEZÆ.

*Pharm. Argent. pag. 89.*

℞. Galbani aceto ſoluti uncias duas,
picis navalis unciam ſemis,
radicis ſcrophulariæ drachmas quinque,
florum ſalis Armoniaci drachmam unam ſemis,
pulveris ſtrumalis drachmas duas,
emplaſtri diachyli gummoſi unciam unam,

Miſce fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRUM DE TACAMAHACA.

*Diſp. Brand. pag. 81.*

℞. Gummi animæ,
maſtiches,
ſandaracæ,
ſuccini ana drachmas tres,
tacamahacæ unciam unam,
ceræ uncias tres,
olei maſtichini drachmas tres,
terebinthinæ drachmas dus,

Miſce, fiat ſecundum artem emplaſtrum.

## EMPLASTRUM VESICATORIUM,

*Pharm. Aug. Ren. pag. 230.*

℞. cantharidum drachmas duas,
terebinthinæ drachmam unam,
olibani,
myrrhæ,
maſtiges,
camphoræ ana grana quindecim,
olei roſarum drachmam unam,
ceræ flavæ drachmas tres.

Fiat emplaſtrum, liquando ceram & terebinthinam in oleo, poſtea ſemirefrigeratis

E.

geratis camphoram cum aliquot guttulis ſpiritus vini tritam & reliqua in pulverem redacta addendo.

## EMPLASTRUM VIRIDE AD CLAVOS.

*Pharm. Argent. pag. 90.*

℞. Ceræ
resinæ,
terebinthinæ ana uncias quatuor,
olibani,
maſtiges,
viri dis æris ana uncias tres.
Miſce fiat emplaſtrum.

# ESSENTIARUM SELECTUS.

## ESSENTIA ABSINTHII COMPOSITA.

*Diſp. Brand. pag. 82.*

℞. Comarum abſinthii vulgaris manipulos duos,
foliorum carduibenedicti manipulum unum,
florum centaurii minoris manipulum ſemis,
radicum zedoariæ,
dictamni albi
corticum aurantiorum,
citri, ana drachmas duas,
myrrhæ rubræ drachmam unam,
caryophyllorum,
croci ana drachmam ſemis,
inciſis & contuſis affunde ſpiritus vini rectificati libras duas, vel quantum ſufficit, ſtent in digeſtione dies aliquot, quatuor circiter, vaſe optime clauſo, poſtea eſſentia extracta chartâ bibulâ coletur.

## ESSENTIA ABSINTHII SIMPLEX.

*Diſp. Brand.pag.83.*

℞. Summitatum abſinthii floridarum & ad maturitatem proxime accedentium, cum foliis minoribus in umbra ſiccatarum, quantum vis.

E.

Contuſa infundantur in quantitate ſufficiente ſpiritus proprii per fermentationem parati, quod conſuetius & præſtantius, aut ſaltem vini Gallici (vel Hungarici) rectificati, ut tres circiter digitos ſupereminear, poſt digeſtionem ſufficientem eſſentia extracta decantata, expreſſa & per emporeticam filtrata uſui aſſervetur.

## ESSENTIA ADIANTHI ALBI.

℞. Herbæ adianthi albi ſatis maturæ, quantum vis,
ſuperfunde ſpiritus vini optimi rectificati ad eminentiam trium digitorum.
Fiat ope digeſtionis extractio, atque ut ſaturatior fiat, rurſus affundatur herbis novis & extrahatur.

## ESSENTIA ALEXIPHARMACA.

*Pharm. Argent. pag. 91.*

℞. Radicum imperatoriæ,
carlinæ,
angelicæ,
pimpinellæ albæ ana unciam ſemis,
vincetoxici,
helenii,
dictamni albi,
contrayervæ,
valerianæ ana unciam unam.
Cum ſpiritu vini rectificatiſſimo extrahatur eſſentia, cujus libræ uni jungantur unciæ quatuor eſſentiæ ſcordii ſaturatæ.

## ESSENTIA AMARA.

*Diſp. Brand. pag. 83.*

℞. Summitatum abſinthii vulgaris manipulos tres,
centaurii minoris,
herbæ ſcolopendrii,
carduibenedicti, ana manipulos duos,
her-



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 64 sur 149

E.

herbæ *cochleariæ* manipulum unum,
baccarum juniperi manipulos tres,
corticum exteriorum aurantiorum,
radicum zedoariæ,
gentianæ,
aloës ſuccotrinæ,
myrrhæ electæ ana unciam unam.

Inciſis & contuſis affundantur ſpiritus vini optimi libræ tres, ad ſummum quatuor, digerantur per aliquot dies, atque ut colorem viridem acquirat, affundatur ſpiritus menthæ, quantum libet, in cujus deſtillatione collo alembici folium unum & alterum ejusdem herbæ fuit impoſitum.

## ESSENTIA AMBRÆ MINDERERI LIQUIDA.

*Pharm. Argent. pag. 91.*

℞. Elixir vitæ Matthioli completi uncias duas,
ſpiritus ceraſorum nigrorum rectificati unciam unam,
ambræ ſcrupulum unum,
moſchi Orientalis grana quatuor.

Fiat infuſio per aliquot dies, dein filtretur.

## ESSENTIA AMBRÆ SICCA COMPLETA.

*Pharm. Argent. pag. 91.*

℞. Ambræ gryſeæ drachmam unam,
moſchi in ſpiritu roſarum ſoluti ſcrupulum ſemis,
olei cinnamomi deſtillati guttas quinque,
ſacchari albiſſimi uncias duas.

Miſce & aſſerva in vaſe bene clauſo.

## ESSENTIA ANGELICÆ.

℞. Radicum angelicæ quantum vis, ſtent cum ſpiritu vini optime rectificati in digeſtio per dies aliquot, & extrahatur eſſentia filtranda & ſervanda.

## ESSENTIA ANODYNA LUDOVICI.

*Diſp. Brandenb. pag. 84.*

℞. Opii optimi minutiſſime conciſi & per evaporationem à graveolentia aliqatenus liberati unciam unam,
aquæ apoplecticæ,
ſpiritus vitrioli roridi, ſeu roris vitrioli cum ſpiritu volatili mixti ana uncias quatuor.

extrahe, ut artis eſt, eſſentiam, filtra & ſerva.

## ESSENTIA ASÆ FOETIDÆ.

*Diſp. Brandeb. pag. 84.*

℞. Aſæ fœtidæ uncias duas,
ſpiritus vini tartariſati libram unam.

Extrahe digerendo per triduum calore leni eſſentiam, quam filtratam ſerva.

## ESSENTIA AURANTIORUM CORTICUM.

*Diſp. Brand. pag. 84.*

℞. Flavedinis extimæ corticum aurantiorum recens detractæ & parum ſiccatæ uncias quinque,
ſpiritus vini à corticibus, poſt triduanam digeſtionem abſtracti, optimi & fortiſſimi libram unam.

Digerantur, donec ſpiritus omnem eſſentiam extraxerit & ſaturate ille tinctus fuerit, quæ tum filtretur & ſervetur.

## ESSENTIA BALSAMI PERUVIANI.

*Diſp. Brandeb. pag. 85.*

℞. Balſami Peruviani optimi unciam ſemis,
ſalis tartari ſicciſſimi drachmam ſemis.

Cum ſpiritus vini Hungarici optimi dephlegmati unciis duabus per dies aliquot loco tepido digere, eſſentiam extractam per bibulam cola ac ſerva.

## ESSENTIA BENZOES.

Eodem modo, ut præcedens eſſentia, conficitur.

ESSEN-

E.

## ESSENTIA CARDUI BENEDICTI.

Paratur ad normam eſſentiæ abſinthii ſimplicis, ſuperius deſcriptæ.

## ESSENTIA CARMINATIVA WEDELII.

*Opiologia pag. 119.*

℞. Radicis zedoariæ unciam unam,
carlinæ,
galangæ, ana unciam ſemis,
corticum aurantiorum,
ſeminis aniſi,
carvi,
florum chamæmeli Romani ana drachmas duas,
caryophyllorum aromaticorum,
baccarum lauri,
acori veri, ana drachmam unam ſemis,
macis drachmam unam.

Extrahantur conciſa & contuſa groſſo modo cum ſpiritu corticum citri, acidulato ſatis ſpiritu nitri, qui, extractione per aliquod tempus facta, addi debet.

## ESSENTIA CASTOREI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 285.*

℞. Caſtorei uncias tres,
Salis tartari drachmas tres.

Caſtoreum minutim inciſum & cum ſale tartari permixtum, ſpiritus meliſſæ librâ unâ, per octiduum digerendo, extrahatur, ac poſtea filtretur.

## ESSENTIA CENTAURII MINORIS.

Inſtar aliarum eſſentiarum vegetabilium, lege artis, cum ſpiritu vini optime rectificato parari ſolet.

## ESSENTIA CORTICIS CHACARILLÆ.

℞. Corticum chacarillæ gryſeæ & reſinoſæ quantum vis.

Pulveriſa groſſo modo & affunde ſpiritum vini rectificatiſſimum ſale tartari acuatum.

E.

## ESSENTIA CHINÆ CHINÆ.

℞. Corticum chinæ chinæ pulveriſatorum unciam unam,
ſalis tartari drachmam unam,
ſpiritus vini rectificati uncias octo.

Stent in digeſtione debito tempore, poſtea tinctura bene ſaturata expreſſa filtretur.

## ESSENTIA CULILAWAN.

Eodem modo fit, quo præcedentes eſſentiæ confectæ ſunt.

## ESSENTIA ENULÆ.

℞. Radicum enulæ recentis, in fruſtra conciſæ quantitatem ſufficientem, affunde ſpiritum vini rectificatum ad eminentiam trium digitorum, digere, exprime, filtra.

## ESSENTIA FUMARIÆ.

Paratur, ut reliquæ vegetabiles eſſentiæ.

## ESSENTIA GENTIANÆ.

Fit eodem modo, quo eſſentia radicum enulæ.

## ESSENTIA LIGNI ALOES.

℞. Raſpaturæ ligni aloës quantum placet, cum ſpiritu vini tartariſato fiat lege artis extractio & filtratio.

## ESSENTIA LIGNORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 287.*

℞. Ligni Saſſafras uncias duas,
ſancti uncias tres,
rhodii unciam ſemis,
radicum chinæ,
ſarſæparillæ,
ſantali rubri,
citrini ana unciam unam.

Inciſa cum ſpiritu fumariæ ad quatuor digitorum ſupereminentiam affuſo, per octiduum digerantur & filtrentur.

E.

## ESSENTIA LIGNI SASSAFRAS.

Eodem modo paratur, quo eſſentia ligni aloës.

## ESSENTIA MACIS.

*Pharm. Argent. pag. 95.*

℞. Macis uncias quatuor,
liquoris nitri fixi uncias duas,
ſpiritus vini rectificatiſſimi libras duas,
digere per tempus & eſſentiam ſaturatam filtra.

## ESSENTIA MARI COMPOSITA.

*Vid. Wed. Diſſert. de Maro pag. 40.*

℞. Mari veri,
xyloaloës,
cardamomi minoris,
cinnamomi acuti ana unciam ſemis,
Fiat extractio cum ſpiritu vini rectificato, addendo pro re nata eſſentiam ambræ.

## ESSENTIA MILLEFOLII.

Perinde, ut reliquæ eſſentiæ ſimplices, ſpiritu vini optimo, lege artis, extrahitur.

## ESSENTIA MUMIÆ.

℞. Mumiæ veræ groſſo modo pulveriſatæ uncias duas,
ſpiritus vini tartariſati libram ſemis,
digere, filtra & ſerva.

## ESSENTIA MYRRHÆ.

℞. Myrrhæ rubræ electæ uncias duas, pulveriſatæ affunde ſpiritum juniperi, digere, filtra & ſerva.

## ESSENTIA OPOBALSAMI.

℞. Opobalſami veri quantum vis,
cum ſale tartari fiat ſolutio per trituram in mortario, elue ſal & affunde ſpiritum vini rectificatiſſimum, digere, decanta & ad uſum ſerva.

E.

## ESS. PIMPINELLÆ ALBÆ.

Spiritu vini optime rectificato, aliarum eſſentiarum inſtar, paratur.

## ESSENTIA PINI SUMMITATUM.

Decoque pini turiones aqua recenti, decoctum hoc ad mellaginem inſpiſſa, cum ſpiritu cochleariæ eſſentiam digerendo extrahe, & filtra.

## ESSENTIA SCORDII.

Ad modum reliquarum eſſentiarum ſimplicium paratur.

## ESSENTIA SUCCINI.

℞. Succini flavii ſubtiliſſime triti unciam unam,
ſpiritus vini tartariſati rectificatiſſimi uncias ſex,
Leni calore in phiola optime clauſa per aliquot dies digerantur, & aliquoties moveantur, tandem liquor tinctus filtretur.

## ESSENTIA TRAVMATICA.

*Diſp. Brand. pag. 92.*

℞. Radicum tormentillæ,
herbæ ſaniculæ ana unciam ſemis,
rorellæ,
florum hyperici,
foliorum roſarum rubrarum ana drachmas duas,
ſanguinis draconis puriſſimi,
mumiæ transmarinæ,
terræ Catechu,
myrrhæ electæ ana drachmas tres,
ſantali rubri drahmas duas,
nucis moſchatæ drachmam unam.
In pulverem redacta miſce, & affuſâ ſpiritus vini librâ unâ, aut quantum ſufficit, triduanâ leni digeſtione, vaſis optime clauſis tincturam elice, quam poſt modicam expreſſionem per chartam emporeticam ſepara ac ſerva.

ESSEN-

E.

## ESSENTIA TRIFOLII FIBRINI.

℞. Herbæ trifolii fibrini exſiccatæ & minutim inciſæ uncias quatuor, ſpiritus vini rectificati uncias ſedecim.

Stent in digeſtione triduana, exprimantur & filtrentur.

## ESSENTIA VINCETOXICI.

Paratur ut reliquæ præcedentes eſſentiæ vegetabiles.

## EXTRACTORUM SELECTUS.

## EXTRACTUM ABSINTHII.

℞. Summitatum abſinthii in umbra ſiccatarum libram unam,

conciſæ & conquaſſatæ indantur vaſi vitreo, digerantur in aquæ abſinthii deſtillatæ libris quatuor, additâ ſalis tartari uncia una, per octiduum, in loco calido, liquor inde expreſſus & colatus coquatur igne lento, ad juſtam extracti conſiſtentiam.

## EXTRACTUM AGARICI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 301.*

℞. Agarici albi & levis quantum vis. Huic affunde ſpiritus vini ſufficientem quantitatem, digerantur in vaſe vitreo arctiſſime clauſo, in loco calido, vel ſaltem tepido, per dies tres; poſtea, dum adhuc calent, colentur ac leviter exprimantur, expreſſum filtretur, & in balneo Mariæ abſtracto rurſus lenta deſtillatione vini ſpiritu, in craſſamentum cogatur.

## EXTRACTUM ALOES.

*Diſp. Brand. pag. 94.*

℞. Aloës ſuccotrinæ optimæ uncias ſex. Redige in pulverem ac in cucurbita vitrea affunde aquæ endiviæ aut acetoſæ ad eminentiam quatuor vel quinque digitorum; cucurbitam exacte ſubere ac cera Hiſpanica claude atque in balneum ferè bulliens, poſitam, duos vel tres dies digere, ut ſolvetur; aloë & aqua rubini colorem induet, quam decanta aliamque, ſed minori quantitate affunde, ut prius digere atque tinctam priori adde, idque toties continua, donec non amplius tingatur aqua, quas omnes confuſas deſtilla leni igne & exhala ad mellaginem ſpiſſam.

## EXTRACTA SIMPLICIA,

*aſari,*
*carduibenedicti,*
*centaurii minoris,*
*cochleariæ,*
*elaterii,*
*enulæ,*
*eſulæ,*
*fumariæ,*
*gentianæ,*
*ligni aloës,*
*guajaci,*
*nicotianæ,*
*pimpinellæ,*
*ſcordii,*
*tormentillæ,*
*trifolii fibrini.*

Extracta hæc ſimplicia conficiuntur affundendo ſimplicibus menſtruum aptum, vel aqueum, vel vinoſum & ſpirituoſum, præprimis verò ſpiritum vini. Liquor deinde per coctionem vel digeſtionem ſaturatus per inclinationem decantatur, & per evaporationem vel deſtillationem inſpiſſatur ultra mellis conſiſtentiam. In herbis & radicibus ſola quandoque aqua ſufficit; in reſinoſis ſpiritu vini opus eſt:

## EXTRACTUM CASTOREI.

℞. Eſſentiæ caſtorei quantum vis,

 ab-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 68 sur 149

E.

abſtrahe ſpiritum per alembicum ad extracti conſiſtentiam.

## EXTRACTUM CATHOLICUM HOFFMANNI.

*Jungken. corp. Pharm. pap. 607.*

℞. Extracti aloës ſuccotrinæ unciam unam,
colocynthidos,
reſinæ gialappæ,
ſcammonii,
gummi guttæ, ana drachmas tres,
M. fiat extractum

## EXTRACT. CHACARILLÆ.

℞. Corticis chacarillæ in pulverem redactæ quantum vis,
affunde ſpiritum vini rectificatum, avocaque eundem in igne arenæ, moderato calore, ad debitam extracti conſiſtentiam.

## EXTRACTUM CROCI.

℞. Croci Orientalis optimi uncias duas,
ſpiritus vini rectificatiſſimi quantum ſatis.
Digere loco tepido, vaſe optime clauſo, per biduum, ſpiritum tinctum decanta, alium affunde, digere, idque continua, donec omnis eſſentia extracta, quas omnes confunde ac ſpiritum in balneo abſtrahe ad extracti conſiſtentiam.

## EXTRACTUM DIACARTHAMI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 303.*

℞. Medullæ ſeminis carthami uncias quatuor,
turbith albi,
foliorum ſennæ ana unciam unam ſemis,
ſcammonii drachmas quinque,
rhabarbari optimi unciam unam,
agarici trochiſcati drachmas ſex,
mannæ electæ uncias duas ſemis,
myrobalanorum chebularum uncias tres,
polypodii uncias duas,

E.

zingiberis albi drachmas duas.
Inciſa & contuſa cum vini ſpiritu, in loco calido, per aliquot dies extrahantur, ſpiritus tinctus decantetur, & remanentia exprimatur; poſtea liquor filtratus deſtilletur, donec ad mellis ſpiſſitudinem pervenerit.

## EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI.

*Diſp. Brandenb. pag. 97.*

℞. Fibrarum hellebori nigri teneriorum, rejectis partibus lignoſis, libram unam,
ſcindendo comminuantur & affundandantur,
aquæ ſimplicis limpidiſſimæ libræ tres,
ſpiritus vini unciæ quatuor,
ſalis tartari uncia ſemis.
Macerentur in balneo maris ad ſufficientem virium extractionem, tunc liquor extractus depleatur, & ad extracti ſpiſſitudinem exhaletur.

## EXTRACTUM OPII.

*Diſp. Brand. pag. 98.*

℞. Opii Thebaici optimi quantum vis.
In fruſtula minutim ſciſſum in cucurbita vitrea vino albo generoſo aut ſaltem aqua communi (ſucco citri acidulata) ſolve, ſolutum deple & per emporeticam deſtilla reſiduo parum ſpiritus vini affunde, digere, extrahe, filtra, priori ſoluto redde ac calore moderato balnei ad extracti conſiſtentiam inſpiſſa.

## EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 36.*

℞. Scammonii unciam ſemis,
rhabarbari electi,
ſeminis ebuli ana drachmas tres,
colocynthidos drachmas quinque,
agarici optimi drachmas tres ſemis,
turbith albi,
hermodactylorum ana drachmas duas ſemis,
hel-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 69 sur 149

E.

hellebori nigri drachmas duas,
foliorum ſennæ unciam unam,
ſpiritus vini quantum ſufficit.

Stent ſimul in infuſione, loco calido, colentur & exprimantur, in quo liquore diſſolvatur aloës ſuccotrinæ uncia una ſemis, filtrentur & ſpiritum vini abſtrahendo ad extracti ſpiſſitudinem redigantur.

## EXTRACTUM PHLEGMAGOGUM QUERCETANI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 306.*

℞. Agarici trochiſcati uncias quatuor,
hermodactilorum,
turbith,
ſennæ,
medullæ carthami ana uncias tres,
radicis eſulæ præparatæ unciam unam,
trochiſcorum alhandal unciam ſemis,
ſalis gemmæ,
macis ana drachmam unam ſemis.

Cum ſpiritu vini fiat ſecundum artem extractum.

## EXTRACTUM RHABARBARI SIMPLEX

Seligitur optimæ notæ rhabarbarum,& cum aqua cichorii, ad modum aliorum, fit extractum.

## EXTRACTUM SENNÆ FOLIORUM.

*Diſp. Brand. pag. 99.*

℞. Foliorum ſennæ mundatorum quantum vis.

Macera viginti quatuor horas in ſufficienti quantitate, loco calido, extractum tinctum effunde, reſiduum foliorum exprime, utrumque conjunge, è foliis expreſſis calcinatis ſal extrahe, quod extracto miſce, ac dein blando calore balnei ad extracti requiſitam conſiſtentiam evapora.

E.

## EXTRACTUM TROCHISCORUM ALHANDAL.

℞. Trochiſcorum alhandal pulveriſatorum quantum vis,
ſalis tartari parum.

Mixtis affunde ſpiritum vini & fiat lege artis extractum.

F.

*Faba ſancti Ignatii,*
*Farina amygdalorum,*
*fabarum,*
*fœnugræci,*
*lini ſeminum.*

## FECULA ARI RADICUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 316.*

℞. Radicum ari ſucculentarum à ſordibus & externa pellicula liberatarum quantum libet.

Minutim conciſæ & contuſæ, ex ſacco lineo ſub prælo fortiſſimo exprimantur, & ſuccus expreſſus in vaſe vitreo, vel fictili vitreato, in loco frigido reponatur, ut pulvis albiſſimus ſubſideat, à quo liquor ſupernatans per inclinationem ſeparetur, fœcula vero remanens in umbra exſiccetur.

*Fel tauri inſpiſſatum,*
*vitri.*

## FLORUM CHIMICE PARATORUM SELECTUS.

## FLORES BENZOES.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 319.*

℞. Benzoë tritum & cum æquali parte arenæ mixtum ollæ rotundæ impone, cujus orificium duplici chartâ emporeticâ convolutâ in modum pyramidis, vel manicæ Hippocratis,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 70 sur 149

F.

claude, poſtea igne ad ſublimationem idoneo ſuppoſito, flores niveos ſæpius collige.

## FLORES SALIS AMMONIACI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 318.*

℞. Sal ammoniacum in ſufficiente quantitate; ſolvatur in aqua calida & filtretur; poſtea in locum frigidum reponatur & flores in aqua ſubſidentes exſiccentur; liquor vero remanens, pro ulteriori florum collectione, per exhalationem concentretur.

## FLORES SALIS AMMONIACI MARTIALES.

*Diſp. Brandeb. pag. 101.*

℞. Limaturæ martis ſubtiliſſimæ uncias quatuor,
ſalis ammoniaci puriſſimi libram ſemis.

In pulverem redacta & optime mixta ac aliquandiu loco calido digeſta, è cucurbita vitrea igne arenæ gradatim aucto, tandem ſatis intenſo ſublimantur. Flores ſuperiores ac leviores cautè collecti, præter alios uſus, eſſentiæ martiali parandæ cedunt. Inferiores in fundo cucurbitæ reſidui, per deliquium in cella ſolvendi, liquori martiali inſerviunt.

## FLORES SULPHURIS MYRRHATI.

*Diſp. Brandeb. pag. 101.*

℞. Florum ſulphuris ſimplicium uncias duas,
adde aloës epaticæ,
myrrhæ electæ ana unciam unam,
croci ſcrupulum unum,
ſubtiliſſime trita miſceantur.

## FLORES SULPHURIS SIMPLICES.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 319.*

℞. Sulphuris communis in fruſta diffracti uncias duas.

Injice in cucurbitam terream vitreatam, & impoſito alembico vitreo, ex arena ſublima, igne non nimium intenſo, ne ſulphur fluat, quod ita in flores ſublimabitur, qui repetitis ſæpe alternis alembicorum vicibus ſunt colligendi, & denuo ſulphuris ſubinde aliquid cucurbitæ immittendum, quousque ſufficiens florum quantitas collecta fuerit.

## FLORES VIRIDIS ÆRIS VEL CRYSTALLI.

*Jungk. corp. Pharm. pag. 896.*

℞. Æruginis pulveriſatæ quantum vis. Inde in matracium capax, & huic affunde aceti deſtillati ad quatuor digitorum eminentiam. Collocandum eſt matracium in digeſtione ſupra cineres calidos, ibique per tres dies relinquendum, ſubinde agitando acetum cœruleo inficietur colore, ſupernatantem liquorem per inclinationem effunde, & materiæ novum acetum affunde; in digeſtione ſtent per tres dies, ut prius, effunde liquorem per inclinationem, & perge affundendo novum acetum materiæ, donec tres quartæ partes æruginis, vel circiter, ſint ſolutæ, ut nihil ſuperſit, quam materia quædam terreſtris. Tunc omnes hæ impregnationes ſunt filtrandæ, & evaporandæ duæ tertiæ partes humiditatis in cucurbita vitrea, igne arenæ; defer vas in vinariam cellam, ibique immotum relinque per quatuor aut quinque dies, exiguæ formabuntur cryſtalli, collige eas, effuſa per inclinationem aquâ, evapora adhuc tertiam humiditatis partem, vel circiter, & cryſtalliſandam materiam, ut prius, repone, perge in his evaporationibus ac cryſtalliſationibus, donec omnes extraxeris cryſtallos, quas exſiccabis & aſſervabis.

## Florum Vegetabilium Selectus.

*Flores acaciarum,*
*anthos,*

*Flo-*

F.

*Flores aquilegiæ,*
*arnicæ,*
*aurantiorum,*
*balauſtiorum,*
*bellidis hortenſis,*
*ſylveſtris,*
*betonicæ,*
*borraginis,*
*bugloſſi,*
*calcatrippæ,*
*calendulæ,*
*carthami,*
*centaurii minoris,*
*chamomillæ Romanæ,*
*vulgaris,*
*cheiri,*
*cyani,*
*geniſtæ,*
*hepaticæ nobilis,*
*hyperici,*
*lavendulæ,*
*liliorum alborum,*
*convallium,*
*lupuli,*
*malvæ arboreæ,*
*meliloti,*
*nymphææ,*
*papaveris erratici,*
*perſicorum,*
*primulæ veris,*
*prunellæ,*
*roſarum albarum,*
*rubrarum,*
*ſalviæ,*

F.

*Flores ſambuci,*
*ſcabioſæ,*
*ſaxifragiæ albæ,*
*ſpicæ domeſticæ,*
*ſtœchadis Arabicæ,*
*tiliæ,*
*tunicæ,*
*verbaſci,*
*violarum,*
*urticæ.*

Tempus colligendi, ſiccandi & aſſervandi modus Pharmacopoëis jam innotuit.

Nota: Ex florum claſſe, non omittendi erant, minerales licet,

*Flores Martis nativi.*

## Foliorum Selectus.

*Folia Acmellæ,*
*Indi, ſive Malabathrum,*
*lauri,*
*myrti Italicæ,*
*quercus,*
*ſalicis,*
*ſambuci,*
*ſennæ,*
*Folliculi ſennæ,*
*Fuligo ſplendens,*
*Fungi roſarum,*
*ſalicis,*
*ſambuci,*

G.

*Gallæ Turcicæ,*
*Gelatina cornu cervi*
*ſicca,*

fit per coctionem & evaporationem ad ſiccitatem; poſtea effuſionem in planas magdaleones.

## GLOBULI MOSCHATI.

℞. Sacchari Canarienſis uncias quatuor,
amyli albi unciam ſemis,
radicis ireos Florentinæ drachmas duas,
moſchi optimi grana quinque,
zibethi granum unum.

Cum mucilagine gummi tragacanthi fiant lege artis globuli diverſæ magnitudinis.

## GUMMATUM SELECTUS.

*Gummi ammoniacum,*
*animæ,*
*Arabicum,*
*aſa fœtida,*
*aſphaltum vel Judaicum,*
*bdellium,*
*benzoë, vel aſa dulcis,*
*carannæ,*
*ceraſorum,*
*copal,*
*elemi,*
*euphorbium,*
*formicarum,*
*galbanum,*
*guttæ,*
*hederæ,*

G.

*Gummi juniperinum, vel Sandaracha Arab.*
*laccæ,*
*ladanum,*
*maſtiche communis,*
*in granis,*
*myrrha communis,*
*electa,*
*olibanum electum,*
*opopanax,*
*ſagapenum, vel ſerapinum,*
*ſanguis draconis,*
*ſarcocolla,*
*ſtyrax Calamita,*
*in granis,*
*liquida,*

liquidæ ſtyracis compoſitionem, *vid. in Pomet.* Specerey-Handlung *pag. 379.*

*tacamahaca,*
*tragacanthum,*
*album,*
*commune.*

Nota: Depuratio gummatum ammoniaci, galbani, opopanacis, ſagapeni &c. fiat ſolvendo gummata in aceto pro re nata ſquillitico; poſt colaturam rurſus igne moderato acetum avocando & inſpiſſando.

*Hepar*

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 73 sur 149

H.

*Hepar anguillæ exſiccatum,*
*lupi induratum.*

Utrumque in fruſtra diſcindatur, aquâ tepidâ abluatur, lentoque igne exſiccetur.

## Herbarum Selectus.

*Abrotanum,*
*abſinthium Ponticum,*
*vulgare,*
*acetoſa,*
*acetoſella,*
*adianthum album,*
*aureum,*
*nigrum,*
*rubrum,*
*ageratum,*
*agrimonia,*
*alcea,*
*alchimilla,*
*althæa,*
*anagallis rubra,*
*anethum,*
*anſerina,*
*antirrhinum,*
*ariſtolochia longa,*
*artemiſia,*
*aſarum,*
*atriplex,*
*auricula muris,*
*baſilicum,*
*beccabunga,*

H.

*bellis hortenſis,*
*ſylveſtris,*
*betonica,*
*borrago,*
*botrys Mexicana,*
*vulgaris,*
*branca urſina,*
*bugloſſum,*
*burſa paſtoris,*
*calamintha montana,*
*cardiaca,*
*carduus benedictus,*
*Mariæ,*
*centaurium minus,*
*centinodium,*
*ceterach, vel aſplenium,*
*chamædrys,*
*chamæpitys,*
*chamomilla Romana,*
*chærefolium,*
*chelidonium majus,*
*minus,*
*cichorium,*
*cicuta,*
*cochlearia,*
*conſolida Saracenica,*
*cuſcuta,*
*dictamus Creticus,*
*endivia,*

H.

*epithymum Creticum,*
*equiſetum,*
*eryſimum,*
*euphraſia,*
*farfara,*
*fœniculum,*
*fragaria,*
*fumaria,*
*galega,*
*geniſta officinalis,*
*geranium Robertianum,*
*gratiola,*
*hedera arborea,*
*terreſtris,*
*hepatica nobilis,*
*ſtellata,*
*herniaria,*
*hypericum,*
*hyſſopus,*
*lactuca,*
*lavendula,*
*leviſticum,*
*linaria,*
*majorana,*
*malva,*
*marum verum,*
*marrubium album,*
*matricaria,*
*melilotus,*
*meliſſa citrata,*
*meliſſophyllum,*

H.

*mentha criſpa,*
*rubra,*
*Saracenica,*
*mercurialis,*
*millefolium,*
*morſus diaboli,*
*naſturtium aquaticum,*
*nicotiana,*
*nummularia,*
*ononis,*
*origanum Creticum,*
*vulgare,*
*paris,*
*parietaria,*
*pentaphyllum,*
*perfoliata,*
*perſicaria,*
*petroſelinum,*
*pimpinella,*
*plantago major,*
*minor acuta.*
*polium Creticum,*
*montanum,*
*primula veris,*
*prunella,*
*pulegium,*
*pulmonaria arborea,*
*maculata,*
*pyrola,*
*roſmarinus hortenſis,*
*rorella,*

H.

*ruta hortenſis,*
*ſabina,*
*ſalvia hortenſis,*
*ſclarea,*
*ſanicula,*
*ſatureja,*
*ſcabioſa,*
*ſcordium,*
*ſcolopendrium,*
*ſerpillum,*
*ſideritis,*
*ſolanum,*
*ſoldanella,*
*tamariſcus,*
*tanacetum,*
*taraxacum,*
*Thea viridis,*
*Boye,*
*thymus Creticus,*
*noſtras,*
*tormentilla,*
*trifolium fibrinum,*
*hortenſe,*
*verbaſcum,*
*verbena,*
*veronica,*
*vinca pervinca,*
*violaria,*
*ulmaria,*
*urtica,*
*uvularia.*

Juſto tempore colligendæ, à ſordibus mundandæ, exſiccandæ, atque, ne ſitum contrahant, interdum circumagitandæ, & loco congruo aſſervandæ ſunt.

I.

## INFUSUM LAXATIVUM MANNAGETTÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 88.*

℞. Foliorum ſennæ electæ drachmas tres,
cremoris tartari drachmas duas,
paſſularum minorum,
confectionis ſeminis coriandri ana drachmas tres.

Inciſa & contuſa infundantur, per viginti quatuor horas, in aquæ fontanæ bullientis uncias quatuordecim, poſtea colentur cum leni expreſſione atque in colatura ſolvantur
mannæ Calabrinæ electæ unciæ quatuor.

Et cum albumine ovi clarificentur.

*Jujubæ.*

## JULAPIORUM SELECTUS.

### JULAPIUM ROSATUM.

℞. Sacchari albiſſimi libras duas.

Solve in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, clarifica cum albumine ovi, trajice per manicam Hippocratis, coque ultra conſiſtentiam tabellarum, ab igne remotis, admiſce aquæ roſarum optimæ & fragrantiſſimæ uncias tredecim ſemis.

### JULAPIUM SAMBUCINUM.

Paratur eodem modo, ut julapium roſatum.

### JULAPIUM VIOLARUM.

Ex aqua violarum optima, uti præcedens, cum ſaccharo ſoluto conficitur.



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 76 sur 149

L.

*Lac Lunæ nativum.*

## LAC SULPHURIS.

*Diſp. Brand. pag. 102.*

℞. Florum ſulphuris quantum vis,
olei tartari per deliquium quantum ſatis.

Solve digerendo flores in liquorem, cui affunde acetum vini album clariſſimum, & lacteſcet & præcipitabitur pulveris formâ, crebris affuſionibus aquæ pluviæ deſtillatæ à ſalſedine liberandum, lac, quod appellatur, ſulphuris.

## LAC VIRGINIS.

*Diſp. Brand. pag. 102.*

℞. Lithargyrii ſubtiliſſime triti libram ſemis.

Coque in aceti vini fortis albi librâ unâ ſemis, ad conſumtionem tertiæ aceti partis, tunc filtra. Colaturæ affunde aluminis crudi, in aqua communi, quantum ſufficit, ſoluti, & aliquantiſper cocti uncias quatuor, & abeſcet liquor, qui lac virginis vulgo dicitur.

## LAPIDUM SIMPLICIUM & PRÆPARATOR. SELECTUS.

*Lapis ætites,*
*alabaſtrinus,*
*amethyſtus,*
*bezoar occidentalis,*
*orientalis,*
*calaminaris vulgaris,*
*præparatus,*
*carneolus vulgaris,*
*præparatus,*
*carpionum,*
*de Goa,*
*granatus ſimplex,*
*præparatus,*

L.

*hæmatites vulgaris,*
*præparatus,*
*hyacinthus ſimplex,*
*præparatus,*

## LAPIS INFERNALIS.

*Collect. Chim. Leydenſ. pag. 95.*

℞. Solutionis lunæ quantum vis.

Hanc evapora in vitro ad conſumtionem partis dimidiæ, reliqua maſſa per vices crucibulo capaciori (ne materia igne intumeſcens, ferreo inſtrumento deprimenda, extra crucibulum effluat) committatur, inque eo detineatur, donec in fluidum, olei inſtar, abeat, quod in canalem ferreum effunde. Hæc maſſa, ſi nigerrima & compacta ſit, in vitro optime clauſo ſervari debet; ſi non compacta, & nigra ſatis, iterum in crucibulo liquefacienda, ut ante, donec ad prædictam conſiſtentiam perducta ſit.

*Lapis judaicus,*
*lazuli,*
*lyncis vulgaris,*
*præparatus,*
*manati,*
*magnetes vulgaris,*
*præparatus,*

## LAPIS MEDICAMENTOSUS CROLLII.

*Diſp. Brand. pag. 102. & 103.*

℞. Vitrioli viridis libram unam,
albi libram ſemis,
aluminis crudi libram unam ſemis,
fellis vitri,
ſalis communis,
tartari,
abſinthii,
artemiſiæ,
cichorii,
perſicariæ,
plantaginis, ana unciam ſemis.

In olla vitreata ſatis capaci, pulveriſata omnia,

L.

omnia, ac affuſo aceti vini quantum ſufficit, humectata, coque igne carbonum moterato, ſæpius agitando; cum ſpisſeſcere incipit, adde optimè trita, ſcil.

ceruſſæ libram ſemis,
boli Armenæ uncias quatuor.

Subigantur diligentiſſimè & miſceantur exacte, donec exhalato liquore omni, in lapitis duritiem concreverint, qui, fractâ ollâ, eximendus & uſui aſſervandus.

*nephriticus,*
*oſteocolla,*
*percarum*
*preparatus,*
*prunellæ, vid. nitrum,*
*pumex,*
*rubinus,*
*præparatus,*
*ſapphirus,*
*præparata.*
*ſerpentinus,*
*ſilex*
*calcinatus,*
*ſmaragdus*
*præparatus,*
*ſmiris,*
*ſpecularis,*
*ſpongites,*
*topazius,*
*præparata,*
*tripolis.*

Nota: Omnia hic annotata & ſic dicta præparata eundem ferè in modum conficiuntur, ut ſupra de coralliis &c. mentionem fecimus. Superſedere ergo placuit diffuſiore eorundem deſcriptione, alias ſatis notâ & facili.

L.

## LAUDANUM OPIATUM CYDONIATUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 307.*

℞. Opii Thebaici in particulas conſciſſi libram ſemis,
ſucci cydoniorum recentis libras quinque.

Exponantur leni calore ad fermentandum per aliquot dies, liquor rubicundus filtretur, atque ad extracti conſiſtentiam inſpiſſetur.

## LAUDANUM HYSTERICUM DOLÆI.

*Encyclop. Med. pag. 487.*

℞. Extracti opii cydoniati drachmam unam,
zedoariæ drachmam ſemis,
calami aromatici,
radicis leviſtici ana ſcrupul. ſemis,
cinnabaris nativæ,
caſtorei ana grana duodecim,
croci grana quinque,
lapidis bezoardici Orientalis ſcrupulum ſemis,
olei ſuccini,
rutæ ana quantum ſatis.

Fiat lege artis extractum.

## LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMII.

℞. Opii Thebaici depurati & rurſus ſiccati uncias duas,
croci Orientalis optimi unciam unam,
pulveris cinnamomi acuti,
caryophyllorum ana drachmam unam,
vini Hungarici optimi libram unam.

Infunde, ac balneo maris triduum digere, donec opium ſit ſolutum, & reliquorum virtus extracta, tum demum levi expreſſione cola ac ſerva.

## LIGNORUM SELECTUS.

*Lignum Aloës*
*aſphaltum,*

L.

*Lignum buxinum,*
*colubrinum,*
*fraxinum,*
*juniperinum,*
*lentiſcum,*
*nephriticum,*
*rhodium,*
*ſanctum, ſive Gvajacum.*
*ſandalum album,*
*citrinum,*
*rubrum,*
*ſaſſafras,*
*tamariſci.*

## Liquorum Selectus.

### LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

*Diſp. Brand. pag. 104.*

℞. Spiritus cornu cervi probe rectificati uncias quatuor,
ſalis volatilis cornu cervi,
ſuccini optimè depurati,
ana unciam unam.

Mixta digere in phiola optime clauſa, leni calore balnei, donec exacte unientur, poſtmodum deſtilla è retorta, juncturis probe munitis, ex arena, igne moderato, & aliquoties cohoba.

### LIQUOR NITRI FIXI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 312.*

℞. Nitri depurati quantum libet.

In crucibulo bene ignito ad fluorem perducatur, & ſucceſſive particula carbonum injiciatur, usque dum flammam amplius non concipiat, tunc in mortarium calefactum effundatur; quod in cella per deliquium ſolutum ac filtratum, vocatur liquor nitri fixi.

L.

### LIQUOR TARTARI, ALIAS OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM.

℞. Salis tatari quantum placet.

Imponatur tabulis vitreis concavis, reponatur per aliquot dies in cellam humidam, ut ſal liqueſcat; decandetur liquor, &c, ſi opus fuerit, filtretur.

### LIQUOR TERRÆ FOLIATÆ TARTARI.

℞. Arcanum tartari ſupra deſcriptum.

Reponatur in cellam humidam, ut ſic fiat liquefactio, vel per ſe, vel aſperſa interdum aquâ appropriata, ſcilicet cichorii &c.

### LIQUOR STYPTICUS EXTERNUS.

℞. Limaturæ martis uncias quatuor,
olei vitrioli uncias duas, vel quantum ſatis pro ſolutione & corroſione,
ſolutionis aluminis in aqua pluvia factæ libram unam ſemis. Superfunde ſucceſſive, ne materia tranſiliat effervescendo vaſculum; finita efferveſcentia fiat colatura.

*Lithargyrium argenteum,*
*aureum.*

## Looh Selectus.

### LOOH AD ASTHMA.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 114.*

℞. Squillæ præparatæ unciam ſemis,
marrubii,
hyſſopi ana drachmam unam,
ireos drachmas duas,
myrrhæ,
croci, ana drachmam ſemis,
melis, quantum ſufficit.

Fiat looh.

### LOOHE PULMONE VULPIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 110.*

℞. Pulmonis vulpis ſiccati & præparati,
ſucci

L.

ſucci glycyrrhizæ,
capillorum veneris,
ſeminis aniſi,
fœniculi, ana unciam unam,
ſacchari clarificati uncias quindecim.
Omnia tenuiſſime trita ſaccharo excipiantur, & ad debitam formam redigantur.

## LOOH SANUM & EXPERTUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 110.*

℞. Cinnamomi,
hyſſopi,
calaminthæ,
ireos,
ſeminis aniſi,
fœniculi ana unciam ſemis.
capilorum veneris manipulum unum.
macerentur per viginti quatuor horas in aquæ fontanæ libris duabus, poſtea deſtillando abſtrahatur circiter libra una, cum qua ex
pinearum mundatarum drachmis quinque,
amygdalorum dulcium drachmis tribus,
fiat emulſio & ſolvendo in ea
ſacchari albi libras duas,
additisque
pulveris glycirrhizæ,
tragacanthi,
gummi Arabici,
amyli ana drachmis tribus,
ireos drachmis duabus,
optime miſceantur.

M.

*Macis.*

## MAGISTERIORUM SELECTUS.

## MAGISTERIUM CORALLIORUM ALBORUM, RUBRORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 323.*

℞. Coralliorum ſufficientem quantitatem,

M.

Super infuſo aceto deſtillato in calore fiat eorum ſolutio, toties acetum affundendo, quousque ebullitionem concitaverit. Liquori filtrato inſtilletur oleum tartari, ut pulvis præcipitetur, qui, aquâ fontanâ probe edulcoratus, ſiccetur.

## MAGISTERIUM GUMMI GUTTÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 317.*

℞. Gummi gamandræ quantum volueris.
Diſſolvatur cum ſuficienti quantitate ſpiritus vini in vaſe vitreato, ut inſtar pulmenti fiat, poſtea in arena exſiccetur, cavendo ne nigreſcat, ſed ut colorem ſuum nativum luteum ſervet.

*Magiſterium gialappæ ſub titulo reſinarum videatur.*

## MAGISTERIUM JOVIS.

*Diſp. Brandenb. pag. 180.*

℞. Cinerem ſtanni Anglici, aut alterius puriſſimi, ſaturno non adulterati, calcinatione uti ſupra dictum, igne aperto paratum, & ſubtiliſſime tritum, ſolve aceto deſtillato acri, aut radicato, ſimilive menſtruo, ac per bibulam cola; colatum aut ad cutilam exhala, & in loco frigido cryſtallos ſalinas colige, aut adſiccitatem exhalatum in magma ſalinum coge, quod aqua deſtilata rurſus ſolve, filtra & in ſal, aut ſalivormem maſſam, denuo coagula. Quam more communi in magiſterium præcipita, ablue & edulcora.

## MAGISTERIUM MARCASITÆ.

*Spin. Lex. Pharm. pag. 633.*

℞. Marcaſitæ pulveriſatæ quantum vis. Solve in aqua forti præcipita cum ſpiritu vini, præcipituram edulcora & exſicca. Si loco ſpiritus vini ſimplicis,

M.

ad præcipitationem ſumitur ſpiritus vini tartariſatus, melius præcipitationem procedere, Hoffmannus teſtatur.

## MAGISTERIUM OCULORUM CANCRI.

Eodem modo, ſicut coralliorum magiſterium, parari ſolet.

## MAGISTERIUM UNGULÆ ALCIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 323.*

℞. Limaturæ ungularum alcis, quantum vis.

Irroretur cum ſpiritu nitri, poſtmodum ſuperfundatur acetum vini deſtillatum, ſtent per aliquot dies in digeſtione, deinde colentur, ac inſtilato ſpiritu vitrioli rectificato, præcipitabitur pulvis, qui frequentioribus ablutionibus edulcoretur & exſiccetur.

## MAGNES ARSENICALIS.

*Diſp. Brand. pag. 109.*

℞. Arſenici cryſtallini,
antimonii crudi,
ſulphuris flavi, ana uncias duas.

Fiat omnium pulvis ſubtilis, quem in vitro arenæ impone, ac igne ſucceſſive moderato tam diu detine, à fumo exhalante ſolicite tibi cavendo, donec omne deliqueſcat, quod ſtilo ferreo mundo immiſſo explorare poteris, ac deprehendes, ubi terebinthinæ inſtar, ſtilo materia liquefacta adheſerit, tum refrigeſcat vitrum, quo fracto, materiam, lapidis inſtar, induratam, fuſci coloris, exime, ac ſubtiliter tritam ſerva.

## MAGNESIA ALBA.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 321.*

℞. Lixivii nitrariorum quantum placet.

Coquatur in ollo capaci, ad partium aquoſarum exhalationem, poſtea calcinetur & edulcoretur.

***Mandibulæ lucii piſcis, præparatæ,***

M.

Pulveriſatæ ſuper prophyrite teruntur, aqua cardui Mariæ aſperſâ, donec maſſa fiat ſubtiliſſima, nec ulla aſperitas digitis amplius ſentiatur, hinc parvuli coni formati ex ſiccantur, & aſſervantur.

***Manna Calabrina tabulata.***

Fit ex manna aquâ roſarum ſoluta & depurata, quæ more communi in tabulas effunditur.

***Marcaſita,***

***Marga ſaxatilis, vel medulla,***

***Margaritæ Occidentales, Orientales, præparatæ.***

Super marmore cum aquis ceraſorum nigrorum florumque tilliæ ad modum mandibularum lucii piſcis præparantur.

## MARS SULPHURATUS.

℞. Limaturæ martis,
ſulphuris ſubtiliſſime triti ana quantum vis.

Miſce, & in patina terrea plani fundi, ſuppoſito igne prunarum ſufficienti, continuo ſpatulâ agitando calcina donec ſulphur omne deflagraverit, poſtea ſubtiliſſime tritum ſerva.

***Maſtiche, vid. gummi.***

***Mater perlarum cruda. præparata,***

juxta modum antecedentium præparatorum confici ſolet.

***Medulla cervina.***

## Mella Medica Selecta.

## MEL CALTHE PALUSTRIS.

℞. ſucci ejusdem herbæ recens expreſſi libras tres,

mel-

M.

mellis deſpumati libras duas.
Fiat lege artis mel.

## MEL MERCURIALE.

*Diſp. Brandenb. pag. 110.*

E foliis herbæ mercurialis ſuccum exprime,
℞. hujus libras tres,
melis optimi libras duas.
Coquantur, ut artis eſt, & deſpumentur debite, colentur tandem ac ſerventur.

## MEL PYRETHRI.

℞. Radicis pyrethri uncias tres.
Contuſæ groſſo modo infundantur in vini albi unciis novem, ſtent in digeſtione per tres vel quatuor dies, poſtea exprimantur, & cum mellis virginei libra una ad debitam conſiſtentiam coquatur.

## MEL ROSATUM SIMPLEX.

*Diſp. Brand. pag. 110.*

℞. Foliorum roſarum recentium rubrarum, aut incarnatarum libras ſex.
Conquaſſatis affunde aquæ calidæ libras totidem, ſtent per diem & noctem in maceratione. Colaturæ expreſſæ adde mellis optimi & puriſſimi tantundem, coquantur ex arte ad conſiſtentiam, melle paulo liquidiorem.

*Mel virgineum.*

## MERCURIUS DULCIS.

*Diſp. Brand. pag. 111.*

℞. Mercurii ſublimati corroſivi,
vivi optime purgati partes æquales.
In mortario marmoreo, aut pro quantitatis ratione, in vaſa fictili valido plani fundi, & ſatis capaci, piſtillo ligneo ſollicite terendo miſceantur, donec mercurii vivi nil usquam appareat, tum è cucurbita vitrea, inferne probe loricatâ, uti artis eſt, igne convenienti, aut aperto, aut arenæ, in cupella ferrea ſublima, fæces in fundo reſtitantes, ut & materiam nigricantem, in collo altius ſublimatam, vitrum annulo ferreo, cautè frangendo, aufer. Mercurium ſic ſublimatum denuo, additâ & exacte, ſicut prius, mixta mercurii crudi diligenter purgati medietate, ſi vis, aut per ſe quoque ſublima, ſublimatumque, ſequeſtratis ſequeſtrandis, pro mercurio ſufficienter edulcorato ſerva: Sepius enim repetitæ ſublimationes ejus vires non augent, ſed minuunt.

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 321.*

℞. Mercurii uncias quatuor.
Diſſolve in aquæ fortis ſufficienti quantitate, poſtea aquâ ſalſâ in album pulverem præcipita, qui ab omni ſalſedine & acrimonia debite cum aqua communi eluatur & exſiccetur.

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

*Pharm. Aug. Ren. pag 322.*

℞. Mercurii purificati libram ſemis.
Diſſolve in aquæ fortis ſufficienti quantitate, deſtila ex retorta, in arena, ad ſiccitatem, igne forti ad extremum adminiſtrato. In fundo hærebit pulvis ruber præcipitatus.

## MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

*Pharm. Aug. Ran. pag. 321.*

℞. Mercurii purificati,
vitrioli calcinati,
ſalis depurati & decrepitati ana libram unam.
Subigantur cum pauxillo aquæ fortis, aut modico aceto, exſiccata terantur & miſceantur in mortario lapideo cum piſtillo ligneo tam diu, donec mercurius non amplius conſpiciatur, & una cum prædictis ſpeciebus in pulverem abeat. Trita materia in cucurbita cum alembico, dando in arena ignem per gradus, ad octo vel decem horas ſublimetur.

## MERCURIUS VITÆ.

℞. Butyrum antimonii rectificatum.

Q Gut-

M.

Guttatim, in vaſe amplo vitreo, inſtilla in aquam pluviam limpidiſſimam; ſic ad fundum mercurius vitæ ſecedet, pulveris candidiſſimi formâ, quem, affuſâ ſæpius aquâ pluviâ recenti, donec omni acrimoniâ liberatus fuerit, ſollicite edulcora.

*Mercurius vivus,*
*Meſpila exſiccata,*
*Millepedes, vid. pulveres ſimplices,*
*Minium,*
*Minera martis ſolaris,*
*Mithridatium, vid. electuarium.*

## MIVA CYDONIORUM AROMATISATA.

*Diſp. Brand. pag. 113.*

℞. Cardamomi drachmas tres,
cinnamomi electi,
caryophyllorum ana drachmas duas,
macis,
maſtiches,
zingiberis ana drachmam unam ſemis,
ligni aloës drachmas duas ſemis,
croci drachmas duas,
ambræ,
moſchi ana ſcrupulum unum.

Contuſis affunde vini albi generoſi libram unam, ſtent in maceratione per horas viginti quatuor, poſtea cum aliquali expreſſione per chartam emporeticam colentur. Interea

℞. Succi cydoniorum bene maturorum recens expreſſi, & depurati libras viginti,
ſacchari albiſſimi libras tres.

Coquantur ad conſiſtentiam fere tabulati, quibus tum infuſionem ſupradictam affunde, & reſolvendo ſaccharum, juſtæ conſiſtentiæ fac mivam.

M.

## MIXTURA SIMPLEX RECTIFICATA.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 282.*

℞. Spiritus theriacalis camphorati uncias quinque,
tartari rectificati uncias tres,
vitrioli boni unciam unam.

Miſceatur, & digerantur aliquandiu in vitro bené clauſo, poſtea rectificentur.

## MIXTURA AMTISCORBUTICA WEDELII.

℞. Spiritus cochleariæ unciam unam,
tartari,
ſalis ſtriati ana unciam ſemis,
liquoris martialis, drachmam unam,
eſſentiæ anodynæ ſcrupulos duos.

Miſce, digere, ſervetur ad uſum.

## MORSULI-IMPERATORIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 122.*

℞. Pinearum mundatarum,
piſtaciorum decorticatorum,
amygdalorum dulcium una unciam ſemis,
ſpecierum Imperatoris parum inciſarum & contuſarum drachmas tres.
ſpecierum aromaticarum roſatarum Gabrielis,
cinnamomi inciſi & contuſi ana drachmam unam,
conſervæ roſarum Damaſcenarum unciam ſemiſe,
ſacchari in aqua roſarum diſſoluti uncias octo.

Fiant morſuli.

*Moſchus Orientalis,*
*Mumia,*
*Mures marini,*
*Muſcus terreſtris clavatus,*
*Myrobalani bellericæ,*
*chebulæ,*
*citrinæ,*

em-

M.

*emblicæ,*
*Indæ,*
*Myrrha, vid. Gummi,*

MUCHCARUM ROSARUM.

*Pharm. Argent. pag. 244.*

℞. Florum roſarum Damaſcenarum recentium quantum liber, e. gr. libras duodecim.

Contundantur & macerentur horis viginti quatuor, in totidem aquæ claræ ferventiſſimæ libris, poſtea exprimantur, additisque ſacchari albi libris duabus in ſirupum ſecundum artem coquantur.

N.

*Nidus hirundinum,*
*Nihil album,*
*Nitrum antimoniatum,*

Obtinetur uno eodemque negotio, quo antimonium diaphoretium conficitur. Aqua enim, quâ elutriatum & edulcoratum fuit dictum antimonium, ſartagine ferrea, leni carbonum igne, evaporatur, more ſalium, donec pelliculam in ſuperficie contrahere videatur, poſtea latiori vitro indita, loco frigido reponitur, & conſurgent cryſtalli elegantiſſimæ, ſi rite proceſſeris, quadrangulares vel etiam ſexangulares.

NITRUM CORALLISATUM SCHROEDERI.

℞. Nitri in aceto deſtillato ſoluti partes tres,
ſalis coralliorum itidem per acetum deſtillatum parati partes duas.

Conjuge, coagulaque evaporando, repone in locum frigidum ad cryſtalliſandum.

*Nitrum crudum,*

N.

NITRUM DEPURATUM.

Fit, nitrum commune ſolvendo ſæpius, filtrando & evaporando ad cuticulam, donec in loco frigido in cryſtallos ſatis puras ac nitidas concreſcat.

NITRUM PERLATUM.

*Diſp. Brand. pag. 116.*

℞. Nitri optime depurati partes duas, magiſterii matris perlarum partem unam,

Solve utrumque in quantitate ſufficiente aquæ roſarum fragrantis, ſoluta miſce, mixta exhalando ad cuticulam, loco quieto in cryſtallos coagula.

NITRUM TABULATUM.

℞. Salis nitri depurati libram unam.

Exſiccatum & tritum in crucibulo, igni impoſito, liquefiat, cui dein pedetentim injiciatur florum ſulphuris uncia una; peracta deflagratione tandem in laminam metallicam pollitam guttatim, ut in rotulos abeat, effundatur, & frigore concreſcat.

NUCUM SELECTUS.

*Nuces aquaticæ, vid. tribuli*
*cupreſſi,*
*moſchatæ,*
*pineæ,*
*piſtachiæ,*
*vomicæ,*
*Nuclei Armeniaci,*
*ceraſorum,*
*perſicorum.*

Q 2 Oculi

O.

*Oculi cancrorum, præparati,*
*populi.*

## Selectus Oleorum Coctorum & Expresſorum.

### OLEUM ABSINTHII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 161.*

℞. Olei olivarum libras tres,
comarum abſinthii Pontici recentis contuſarum libram unam,
roſarum rubrarum unciam ſemis.

Macerentur per triduum in loco calido, deinde coquantur, usque dum prunis injectum non amplius ſtrepat oleum, quod colatum ſervetur.

*Oleum amygdalorum amarorum expreſſum,*
*fit ad modum ſequentem.*

### OLEUM AMYGDALORUM DULCIUM.

℞. Amygdala non rancida decorticata & ſiccata ſine igne.

minutiſſime contuſa, ac cilicio incluſa prælo exprime ſucceſſive, donec omne oleum fuerit expreſſum.

*oleum anagallidis,*
*anethi.*

eodem modo parantur, ut ſupra deſcriptum oleum abſinthii.

*oleum been expreſſum.*

### OLEUM BEZOARDICUM WEDELII.

℞. Olei amygdalorum dulcium unciam unam,
camphoræ drachmam unam.

Solvatur camphora leni igne, & ad colorem rubicundum obtinendum addatur radicis alkannæ quantum ſatis, quibus deinceps pro lubitu
oleum citri addi poteſt.

O.

*oleum bryoniæ.*

ad modum præcedentium fit.

### OLEUM CAPPARUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 182.*

℞. Corticis radicum capparum unciam unam,
tamarisci,
florum tamariſci,
ſeminis agni caſti,
ceterach,
cyperi ana drachmas duas,
rutæ drachmam unam.

Trita, & cum aceto irrigata, cum olei olivarum libra una coquantur ad humiditatis aqueæ conſumtionem, colentur & exprimantur.

### OLEUM CARMINATIVUM.

*Jungk. corp. Pharm. pag. 681.*

℞. Olei olivarum recentis libras duas, cui immergantur ſequentia craſſiuſcule inciſa & contuſa:
herbæ recentis anethi cum ſummitatibus,
roriſmarini,
menthæ criſpæ,
pulegii floreſcentis ana uncias duas ſemis,
florum chamomillæ recentis uncias quatuor,
corticum aurantiorum recentium & extimorum unciam unam ſemis,
baccarum lauri recentium,
juniperi viridium ana unciam unam,
ſeminis carvi,
coriandri,
aniſi, ana drachmas ſex.
opii Thebaici drachmas duas.

ſtent in infuſione per diem unam, factaq; unâ alteraque ebullitione in alembico vitreo, ſuo capitello munito, (ut id, quod ebulliendo tranſit, reaffundi poſſit) colentur, dum adhuc parum calent, & exprimantur ſpecies fortiter; oleo expreſſo adde, & in eo liquefac leniſſimo calore cam-

O.

camphoræ drachmas ſex,
olei ſtillatitii carvi
fœniculi ana drachmas duas,
miſceantur.

## OLEUM CASTOREI.

*Diſp. Brand. pag. 118.*

℞. Caſtorei,
caſſiæ ligneæ veræ,
coſti,
croci,
cubebarum,
euphorbii,
ſpicæ nardi Indicæ,
galbani,
opopanacis,
ſtyracis Calamitæ ana drachmas duas,
cyperi,
piperis longi,
nigri,
pyrethri,
ſabinæ,
ſchœnanthi ana drachmas duas ſemis,
vini albi generoſi libras duas,
olei olivarum puriſſimi libras tres.

Galbanum & opopanacem in vino ſeorſim diſtemperata & ſoluta per linteum exprime, reliqua in pulverem tenuiſſimum redacta, cum oleo & vino coque ad vini plenam conſumtionem, additis gummi ſeorſim ſolutis & expreſſis, diligenter ac ſæpius miſcendo, ne ab oleo gummata rurſus ſecedant.

*Oleum chamomillæ,*

paratur eodem modo, ut omnia ſimplicia olea cocta.

## OLEUM COLOCYNTHIDIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 183.*

℞. Olei abſinthii,
rutæ, ana unciam unam,
fellis bubuli,
agnini, ana unciam ſemis,
pulpæ colocynthidis,

O.

hellebori nigri ana drachmas duas.

Coquantur ad humiditatis aquoſæ conſumtionem & colentur.

## OLEUM CYDONIORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 183.*

℞. Cydoniorum non excorticatorum libras duas,
olei olivarum libras tres.

Poſt factam macerationem fiat coctio ad humidi aquei exhalationem, colatura & expreſſio.

## OLEUM FORMICARUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 183.*

℞. Formicarum uncias duas,
olei libram ſemis.

Macerentur æſtate ad ſolem, vel alio calore, diebus quadraginta, poſtea colatum oleum reponatur.

## OLEUM HYOSCYAMI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 188.*

℞. Seminum hyoſcyami quantum vis. Contundantur, torreantur & exprimantur.

## OLEUM HYPERICI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 184.*

℞. Florum hyperici ad maturitatem ſeminis fere accedentium contuſorum libras tres,
croci ſcrupulos quatuor,
olei clari libras duas.

Poſt factam trium dierum macerationem bulliant ad humiditatis aquoſæ conſumtionem, poſtea exprimantur, & expreſſum commiſceatur cum terebinthinæ claræ libra una.

## OLEUM LAURINUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 188.*

℞. Baccarum lauri recentium electarum, maturarum & contritarum quantum vis.

R Co-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 86 sur 149

O.

Coquantur in aqua, colentur & exprimantur, liquori expreſſo, poſtquam refrigeratus fuit, oleum ſupernatat.

## OLEUM LILIORUM ALBORUM SIMPLEX.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 184.*

℞. Florum liliorum alborum, abjecto, quod croceum eſt,
olei ana libras tres.

Macera & inſola per dies octo, poſtea coque & exprime.

## OLEUM LILIORUM ALBORUM COMPOSITUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 182.*

℞. Maſtiches,
calami aromatici,
coſti,
carpobalſami ana unciam unam,
caryophyllorum,
cinnamomi, ana unciam ſemis,
croci drachmas tres.

Omnia, poſt ſufficientem macerationem in olei liliorum alborum ſimplicis libris duabus, exprimantur & colentur.

## OLEUM LINI EXPRESSUM.

Ex ſemine lini contuſo & aſſato exprimitur.

## OLEUM LUMBRICORUM TERRESTRIUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 184.*

℞. Lumbricorum terreſtrium libram ſemis.

Laventur in vino, deinde immittantur in olei roſati libras duas, coquantur ad humidi aquoſi conſumtionem.

## OLEUM MASTICHINUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 185.*

℞. Olei roſati libram unam, in quo diſſolve maſtiches uncias tres.

Fiat colatura.

O.

## OLEUM MENTHÆ,

ex mentha criſpa cum oleo more ſimplici paratur.

## OLEUM MOMORDICÆ,

obtinetur ex infuſione pomorum momordicæ in oleo amygdalorum dulcium.

## OLEUM NICOTIANÆ.

Folia in oleo olivarum per dies aliquot macerantur & leniter digeruntur.

## OLEUM NUCIS MOSCHATÆ EXPRESSUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 189.*

Nuces moſchatæ radula attritæ, aut conciſæ, & diligenter contuſæ, aquæ calidæ vapore irrigantur, ex quibus poſtmodum, dum adhuc calent, oleum exprimitur.

## OLEUM NUCUM JUGLANDIUM.

conficitur, ut oleum amygdalorum.

## OLEUM OLIVARUM.

transfertur ad nos jam paratum.

## OLEUM OVORUM EXPRESSUM.

℞. Ova recentia coque, donec indurentur, poſtea vitellos exime, & contritos aſſa in ſartagine, donec ruſeſcant, & pinguedinem quandam emittant, deinde adhuc ferventes, & forti ſacco incluſos exprime.

## OLEUM PAREGORICUM.

*Wed. Chim. pag. 89.*

℞. Olei hyoſcyami,
capparum,
ſcorpionum, ana drachmas duas,
petræ albi ſcrupulum unum,
anethi,
carvi,
aniſi,
juniperi,
ſuccini,

cala-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 87 sur 149

O.

calami aromatici,
ceræ,
macis ana guttas tres.
Miſce.

## OLEUM PAPAVERIS EXPRESSUN.

præparatur ut oleum ſeminis hyoſciami.

## OLEUM RAPARVM.

conficitur ut oleum ſeminis lini.

## OLEUM ROSATUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 185.*

℞. Olei communis,
roſarum Damaſcenarum nondum penitus apertarum & contuſarum ana libras quatuor.

Macera & inſola per dies octo, poſtea cola & exprime; nonnulli tres inſtituunt infuſiones, pro ſingulis uncias ſedecim roſarum recipientes, in ultima vero infuſione roſas relinquentes.

## OLEUM RUTÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 186.*

Ex foliis rutæ recentibus & oleo ſeminis lini expreſſo, ſumendo amborum æquales partes, coctione & expreſſione paratur.

## OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX.

℞. Scorpionum numero triginta,
olei amygdalorum amarorum libras duas.

Macerentur in vaſe vitreo ſtricti orificii, per dies triginta, in loco calido, poſtea colatum ad uſus reponatur.

## OLEUM SPERMATIS RANARUM.

℞. Spermatis ranarum libras duas,
olei communis libras tres.

Coquantur ſimul igne lento ad conſumtionem partis aquoſæ, deinde colentur, & ſerventur.

O.

## OLEUM STOMACHICUM FLORENTINUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 186.*

℞. Maſtiches uncias ſex,
nucis moſchatæ,
caryophyllorum ana uncias quatuor,
ſchœnanthos;
macis ana unciam unam
ligni aloës uncias quinque,
olei maſtichini libras duas.

Coquantur in vaſe bene cooperto, & colentur.

## OLEUM TAMARISCI,

paratur ad modum aliorum.

## OLEUM VERBASCI.

Ex floribus verbaſci paratur, ſicut oleum liliorum alborum ſuperius deſcriptum.

## OLEUM VULPINUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 197.*

℞. Vulpem integram vegetam, exemtis interaneis,
aquæ fontanæ libras tres,
olei veteris clari libras quatuor,
ſalis uncias ſex,

coquantur & inter coquendum adjiciatur.

anethi
thymi ana libra una.

Coctionem continuando, donec ab oſſibus recedat caro & aqua conſumatur, dein coletur oleum.

# OLEORUM DESTILLATORUM SELECTUS.

## OLEUM DESTILLATUM ABSINTHII.

℞. Summitatum abſinthii cum ſemine maturitati proximo, quantum vis.

Coquaſſatæ macerentur aliquandiu, triduum forte vel quatriduum in aquæ fontanæ quantitate ſufficiente, cum modico ſalis addito, deſtillentur per veſicam, ut artis eſt, & aquæ innatans oleum aut ſeparatorio, aut goſſypio ſeparetur.



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 88 sur 149

O.

Nota: eodem modo parantur olea ſequentia:

*Olum anethi,*
*chærefolii,*
*hyſſopi,*
*majoranæ,*
*origani,*
*pulegii,*
*rorismarini,*
*rutæ,*
*ſabinæ,*
*ſalviæ,*
*ſaturejæ,*
*ſerpilli,*
*tanaceti,*
*thymi.*

## OLEUM ANGELICÆ.

℞. Seminis angelicæ conquaſſati libram ſemis.

Infuſum aquæ fontanæ, ac aliquantiſper maceratum, addito ſalis modico, deſtilletur ex veſica cum refrigeratorio, & oleum, ut moris, ab aqua ſeparetur.

Nota: eadem encheiriſi deſtillantur reliqua olea ex ſeminibus, ut:

*Oleum aniſi,*
*carvi,*
*coriandri,*
*cumini,*
*fœniculi,*
*juniperi è baccis,*
*lauri è baccis,*

O.

## OLEUM AURANTIORUM CORTICUM.

℞. Corticum exteriorum recentium aurantiorum malorum, non putridorum, quantum placet. Inciſi cum ſufficienti aqua fontana, absque fermentatione, è veſica deſtillentur, ac oleum, ut in reliquis, aquæ innatans, ut artis eſt, ſeparetur.

## OLEUM CORTICUM CITRI.

eadem methodo paratur.

## OLEUM BALSAMI EMBRYONUM.

ſeparatur, poſt peractam deſtillationem aquæ, ope gosſypii.

## OLEUM BENZOES.

*Diſp. Brandenb. pag. 119.*

℞. Gummi benzoës electi & ſubtiliſſime pulveriſati quantum placet, affunde aquæ roſarum fragrantiſſimæ quantitatem convenientem, & è retorta vitrea, igne arenæ moderato, deſtilla, tandemque oleum ab aqua ſepara.

## OLEUM BUXI EX LIGNO.

℞. Scobis buxeæ ſubtiliſſimæ quantum vis. Macera in vaſce capaci, magna cum aquæ quantitate, dies circiter quatuordecim, tum igne moderato per veſicam cum refrigeratorio deſtilletur, & ab aqua oleum ſeparetur.

Nota: eodem modo ex lignis parantur olea ſequentia:

*Oleum guajaci,*
*rhodii,*
*ſaſſafras,*

## OLEUM CALAMI AROMATICI.

℞. Radicum calami aromatici quantum vis.

Sciſſas minutiſſime, aliquandiu in ſufficienti quantitate aquæ macera, tum perveſi-

O.

veſicam igne convenienti deſtilla, & ab aqua ſeparatum oleum ſerva. Aquam interim rectifica, quæ, ſpirituoſa parte ſequeſtrata, pro aqua calami aromatici ſervire poterit.

Nota: hoc modo etiam elicitur:

*Oleum zedoariæ,*
*cardamomi,*
*caryophyllorum,*
*cinnamomi,*
*cubebarum,*
*macis,*
*nucis moſchatæ,*
*piperis.*

Aromatica hæc olea unâ eâdemque encheiriſi parantur, ac deſtillantur, poſt macerationem in aqua tepida, ex veſica, oleum ab aqua ſeparando.

## OLEUM CERÆ.

*Diſp. Brand. pag. 120.*

℞. Ceræ novæ libras duas,
arenæ puræ cribratæ libras ſex.

Miſce lege artis & globulos inde forma, quos retortæ vitreæ immiſſos in arenam colloca, igne moderato deſtilla, ſtillatum calci vivæ mixtum rectifica, ut artis eſt, & ſerva in vitro idoneo, ſi recte operatus fueris, uncias viginti rectificati olei habebis.

## OLEUM CHAMOMILLÆ.

℞. Florum chamomillæ utriuslibet in umbra ſiccatorum quantum placet.

Macera in aqua, deſtilla ex veſica & oleum ſepara.

Sic parantur ex floribus:

*Oleum lavendulæ,*
*ſpicæ verum.*

## OLEUM CORNU CERVI.

℞. Cornuum cervi fruſtulatim conciſorum quantum placet.

Impone retortæ lutatæ, aut cucurbitæ ferreæ, alembico terreo vitreato munitæ, ac igne aperto gradatim ad ignitionem usque retortæ, aut cucurbitæ, adminiſtrato, omnes cum phlegmate, ſale volatili, ac oleo ſpiritus evoca, quæ omnia rectificando cucurbitâ vitreâ loricatâ, & alembico vitreo accommodo inſtructâ, juncturis optime lutatis, ſucceſſive ſepara, & ſeorſim ſerva.

*Oleum fuliginis.*

Prodit cum ſpiritu deſtillato, ab eo ſeparandum & rectificandum.

## OLEUM GALBANUM.

℞. Gummi galbani ſelecti libram unam,
ſilicum calcinatorum libram unam ſemis.

Deſtillentur in arena per retortam vitream, & prodibit liquor albus cum oleo, poſtea rectificentur.

Nota: ex gummatibus etiam ſequentia olea deſtillata in uſum trahenda, eodem modo parantur:

*Oleum ammoniaci,*
*maſtiches,*
*myrrhæ,*
*petræ album,*
*nigrum,*
*rubrum.*

Nativum hoc oleum partim ex Sumatra, partim ex Italia, è rupibus ſcaturiens, ad nos allatum rectificando, pro regimine ignis, diverſo colore prodit.

## OLEUM PHILOSOPHORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 294.*

Lateres in pulverem contuſi, & calefacti miſceantur cum olei olivarum clari ſufficienti quantitate, ſive quantum imbibere poſſunt, poſtea ex retorta, igne aperto, & per gradus adhibito, ſecundum artem deſtillentur, oleumque prolectum ſuper cineres rectificetur.

S OLEUM

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 90 sur 149

O.

## OLEUM SAPONIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 294.*

℞. Raſuræ ſaponis Veneti libram unam, arenæ mundæ libras tres.

Mixta ex retorta, igne arenæ, deſtillentur in oleum, quod cum cineribus rectificetur.

## OLEVM SATVRNI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 295.*

Sal ſaturni cryſtallinum tere, & in phiola, affuſo ſpiritu terebinthinæ, in arena digere, tincturamque extrahe, ut è floribus ſulphuris fieri ſolet; quam ex retorta igne aperto deſtilla, primo lento igne, quoad ſpiritus terebinthinæ exierit; deinde mutato recipiente, paulatim auge ignem, quoad totum oleum exierit.

## OLEVM SVCCINI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 293.*

℞. Succini craſſe contuſi libras tres.

Fiat ex retorta capaci, igne arenæ gradatim adhibito, deſtilatio, vas recipiens cum aqua calida, ut ſal volatile in eo ſolvatur, eluatur, quæ per chartam emporeticam, prius aqua madefactam, ab oleo ſeparetur, & poſt factam ejus exhalationem ſal colligatur, oleum vero cum duabus partibus cinerum mixtum, ex retorta, lento igne, rectificetur, oleum limpidum primo exſtillans ſeorſim aſſervando, alterum vero ſubſequens coloratius aliis uſibus deſtinando.

## OLEVM TEREBINTHINÆ,

*Pharm. Aug. Ren. pag 295.*

℞. Terebinthinæ pellucidæ quantum vis.

Deſtilletur lento igne ex veſica, cucurbita, vel per retortam, & prodibit, præter phlegma acidulum, primo oleum album, quod ſpiritus nomine vulgo donatur, poſtea flavum, ultimo rubrum, quod fortiori igne erit extrahendum; hæc olea ſeparata reſerva, rubrum in arena poteſt rectificari.

O.

## *Oleum vitrioli rectificatum.*

Per deſtillationem ſpiritus vitrioli continuatam, ultima tandem ignis torturâ elicitur non tam oleum, quam ſpiritus acerrimus concentratus & ſubtiliſſimus Colcotharis particulis imprægnatus, qui rectificari poteſt per retortam.

*Opium Thebaicum crudum,*
*depuratum,*
*Opobalſamum liquidum verum,*
*ſiccum,*
*Oſſa de corde cervi,*
*microcoſmi,*
*ſepiæ,*
*Ova ſtruthionis.*

## OXYMEL SQVILLITICVM SIMPLEX.

E mellis deſpumati libris tribus ac aceti ſquillitici libris duabus, ſecundum artem, coquitur.

P.

*Paſſulæ majores,*
*minores.*

## PASTILLI AD FORNACEM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 242.*

℞. Gummi benzoës electi,
ſtoracis Calamitæ ana unc. quatuor,
ladani unciam unam,
olei deſtillati cinnamomi guttas decem,
ligni rhodii guttas viginti,
balſami Peruviani quantum ſatis,
moſchi grana quindecim.

Fiat lege artis maſſa, formenturque inſtar

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 91 sur 149

P.

ſtar ceræ Hiſpanicæ paſtilli, fornaci affricandi.

*Pilæ marinæ.*

## Pilularum Selectus.

### PILVLÆ AMMONIACÆ QUERCETANI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 71.*

℞. Balſami aloëtici uncias quatuor,
gummi ammoniaci puri in aceto ſquillitico diſſoluti drachmas ſex,
myrrhæ electæ unciam ſemis,
ſpecierum diatrion Santalôn,
maſtiches, drachmas duas,
croci,
ſalis fraxini,
abſinthii ana ſcrupulos duos,
cum ſirupo de ſtœchade fiat pilularum maſſa.

### PILULÆ ANGELICÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 72.*

℞. Aloës ſocotrinæ libram unam,
quam diſſolve in
ſuccorum depuratorum cichorii,
endiviæ,
bugloſſi,
borraginis,
lupulorum,
fumariæ ana unciis quatuor,
roſarum Damaſcenarum libra una.
Lento igne ad juſtam conſiſtentiam decucantur, ut cum ſequenti pulvere:
rhabarbari electi uncia una,
agarici trochiſcati uncia ſemis,
cinnamomi electi drachmis duabus.
Fiat maſſa pilularis.

### PILULÆ COCHIÆ RHASIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 78.*

℞. Specierum hieræ picræ Rhaſis drachmas decem,

P.

pulpæ colocynthidos drachmas tres,
ſcrupulum unum,
diagrydii drachmas duas ſemis;
ſtœchadis,
turbith, ana drachmas quinque,
ſirupi de ſtœchade quantum ſatis,
fiat maſſa.

### PILULÆ DE CYNOGLOSSO.

*Diſp. Brand. pag. 131, 132.*

℞. Radicum ſiccarum cynogloſſi,
ſeminis hyoſcyami albi,
opii depurati, ana unciam ſemis,
myrrhæ drachmas ſex,
thuris drachmas quinque,
ſtyracis Calamitæ,
caryophyllorum,
cinnamomi ana drachmas duas.
Cum ſucci de cynogloſſo & ſirupi violarum anatica quantitate, ex arte, fiat pilularum maſſa.

### PILVLÆ FOETIDÆ MAJORES.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 80.*

℞. Sagapeni,
ammoniaci,
opopanacis,
bdellii,
colocynthidos,
ſeminis rutæ hortenſis,
aloës,
epithymi, ana drachmas quinque,
hermodactylorum,
eſulæ præparatæ ana drachmas duas,
ſcammonii præparati drachmas tres,
cinnamomi,
ſpicæ Indicæ,
croci,
caſtorei ana drachmam unam,
turbith drachmas quatuor,
zingiberis drachmam unam ſemis,
euphorbii ſcrupulos duos,
ſucci porri depurati quantum ſatis,
fiat maſſa: gummata in porri ſucco calefacto ſolvantur, quibus deinde euphorbium, per ſe tritum, una cum ceteris addatur, ut in paſtam abeant.



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 92 sur 149

P. P.

## PILULÆ EMANUELIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 73.*

℞. Aloës ſocotrinæ unciam unam,
myrrhæ electæ ſcrupulum unum,
croci orientalis ſcrupulum ſemis.
Cum mithridatio Damocratis fiat maſſa.

## PILULÆ HIERÆ CUM AGARICO.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 81.*

℞. Specierum hieræ picræ Galeni,
agarici trochiſcati ana unciam ſemis,
aloës unciam unam,
mellis roſati quantum ſatis.
Fiat maſſa.

## PILULÆ HYDROPICÆ BONTII.

*Pharm. Argent. pag. 129.*

℞. Aloës optimæ drachmas duas ſemis,
gummi guttæ ſubtiliter pulveriſati & cum vino diſſoluti & lævigati drachmam unam ſemis.
diagrydii eodem modo parati drachmam unam,
gummi ammoniaci drachmam unam ſemis
tartari vitriolati drachmam ſemis.
Cum ſirupo roſarum ſolutivo fiat maſſa.

## PILULÆ PESTILENTIALES RUFFI.

*Diſp. Brand. pag. 134.*

℞. Aloës puriſſimæ,
gummi ammoniaci depurati ana unciam unam,
myrrhæ ſelectæ unciam ſemis.
Paretur cum ſucco citri maſſa.

## PILULÆ POLYCHRESTÆ BALSAMICÆ.

℞. Extracti aloës violatæ,
hellebori nigri una unciam unam,
abſinthii,
carduibenedicti,
fumariæ ana drachmas duas,
cochleariæ,
chaquerillæ gryſeæ ana ſcrupulos quatuor.
myrrhæ electæ depuratæ drachmam unam ſemis,
gummi hederæ,
juniperi ana drachmam unam,
benzoës,
florum ſulphuris ana ſcrupulos duos,
tartari vitriolati drachmas tres.
terebinthinæ optimæ quantum ſatis, ad maſſam, pro formandis pilulis, idoneam.

## PILULÆ SOLARES WILDEGANSII.

*Diſp. Brand. pag. 138.*

℞. Opii Thebaici optimæ notæ, aqua ſimplici aut pluvia ſoluti, colati, ac ad juſtam conſiſtentiam rurſus inſpiſſati & ſiccati unciam unam,
aloës ſocotrinæ,
myrrhæ rubræ,
croci optimi,
trochiſcorum de vipera ana drachmam unam,
ſulphuris antimo...i aurati,
cinnabaris nativæ optime præparatæ drachmam unam ſemis,
auri fulminantis drachmam unam.
Miſce fiant lege artis pilulæ ciceris magnitudine.

## PILULÆ DE STYRACE.

*Diſp. Brand. pag. 126.*

℞. Styracis Calamitæ, drachmas duas,
ſucci glycyrrhizæ depurati drachmam unam ſemis,
ladani,
myrrhæ,
olibani optimi,
opii aqua deſtillata depurati & inſpiſſati,
extracti croci ana drachmam unam.
Cum ſirupi papaveris albi, quantum ſufficit, fiat lege artis maſſa.

PILU-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 93 sur 149

P.

## PILVLÆ DE SVCCINO CRATONIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 74.*

℞. Pulveris ſuccini præparati,
maſtiches ana drachmas duas,
aloës ſocotrinæ drachmas quinque,
agarici trochiſcati drachmam unam ſemis,
ariſtolochiæ rotundæ veræ drachmam ſemis.
Cum ſirupo de betonica formentur pilulæ.

## PILVLÆ TARTAREÆ SCHROEDERI.

*Diſp. Brand. pag. 137.*

℞. Aloës ſuccotrinæ, ſucco fragorum nutritæ unciam unam,
gummi ammoniaci in granis, aut ſaltem depurati drahmas tres,
vitrioli martis rite parati, & una alterave ſolutione & cryſtalliſatione depurati,
eſſentiæ croci orientalis ana drachmam unam,
terræ foliatæ tartari drachmas duas,
extracti radicum gentianæ drachmam unam ſemis.
Cum tartari tinctura paretur maſſa.

## PILVLÆ DE TEREBINTHINA.

*Diſp. Brandenb. pag. 137.*

℞. Terebinthinæ Venetæ, ad conſiſtentiam cum aqua roſarum coctæ, unciam unam,
rhabarbari electi drachmam unam,
ſuccini præparati,
maſtiches electæ,
olibani ana drachmam ſemis,
boli Armenæ drachmam unam.
Cum ſufficienti quantitate terebinthinæ Venetæ fiat pilularum maſſa.

P.

## PINGUEDINUM SIVE AXUNGIARUM SELECTUS.

*Pinguedo anatis,*
*anſeris,*
*ardeæ,*
*aſciæ piſcis,*
*canis,*
*caponis,*
*caſtorei,*
*cati ſylveſtris,*
*hominis,*
*leporis,*
*lucii piſcis,*
*lupi,*
*muris montani,*
*porci,*
*taxi,*
*urſi,*
*vulpis,*
*viperarum Italicarum.*

*Piper album,*
*Indicum,*
*longum,*
*nigrum.*

*Pix navalis,*

*Placenta roſarum,*

in deſtillatione aquæ ejusdem per deſcenſum, placentæ ſimul obtineri poſſunt.

## PLVMBVM VSTVM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 254.*

Plumbum cum ſulphure, (ut in æris uſtione ſupra monitum) facto ſtrato ſuper ſtratum, uritur, poſt uſtionem ſæpius

T ablui-

P.

abluitur & reſiccatur. Commodius alias plumbum cum ſole calcinatur, liquato enim plumbo, ſenſim ſal commune inſpergitur, & ſpatula continuo agitatur, donec plumbum in pulverem abeat, qui beneficio aquæ ſimplicis à ſale liberatus colorem cineritium acquirit, prout etiam plumbum liquefactum, & ſpatula ferrea agitatum, ſine alterius rei additione, in pulverem abire ſolet.

## POMUM AMBRÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 149.*

℞. Styracis calamitæ,
liquidæ,
benzoës,
galliæ moſchatæ veræ,
aliptæ moſchatæ,
ladani ana unciam ſemis,
cinnamomi electi,
caryophyllorum,
ſantali citrini ana drachmas duas,
roſarum rubrarum,
nucis moſchatæ,
macis,
ligni aloës,
cyperi rotundi,
majoranæ,
gummi elemi,
roriſmarini,
Ireos Illyricæ ana ſcrupulos duos, grana quinque,
mucilaginis tragacanthi.

Cum aqua roſarum, quantum ſufficit, fiat maſſa.

*Priapus cervi,*
*ceti,*
*Pruna Damaſcena,*
*Pulmones vulpis exſiccati.*

## Pulverum Compoſitorum Selectus:

## PULVIS CONTRA ABORTUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 96.*

℞. Granorum chermes drachmam unam,

P.

ſantali rubri drachmam ſemis,
caryophyllorum ſcrupulum unum,
nucis moſchatæ ſcrupulos duos,
radicis tormentillæ drachmam ſemis,
margaritarum præparatarum,
corallii utriusque præparati ana ſcrupulum unum,
foliorum auri numero tria,
ſacchari perlati drachmas tres.

Fiat pulvis.

## PULVIS ABSORBENS WEDELII.

*Opiol. ejusdem pag. 114.*

℞. Vitrioli martis grana ſex,
concharum præparatarum,
lapidum cancrorum præparatorum,
coralliorum,
antimonii diaphoretici,
cinnabaris nativæ, ana ſcrupulum ſemis,
laudani opiati granum unum,
olei caryophyllorum guttam unam.

Miſce, fiat pulvis, pro arbitrio, ingredientium doſi multiplicandus.

## PULVIS ANALEPTICUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 97.*

℞. Specierum cordialium temperatarum incompletarum drachmas duas,
de gemmis frigid. drachmam unam,
ambræ gryſeæ ſcrupulum unum,
ſpiritus roſarum guttas ſexaginta,
foliorum auri numero duodecim,
argenti numero tria.
rotul, manus Chriſti ſimplic. uncias tres.

Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS ANODYNUS CONFORTANS.

*Diſp. Brand. pag. 139.*

℞. Coralliorum rubrorum præparatorum,
matris perlarum præparatæ ana unciam ſemis,
cinna-

P.

cinnabaris nativæ præparatæ Tranſylvanicæ drachmam unam,
extracti opii drachmas duas,
croci drachmam unam,
ſantali rubri ſubtiliſſimæ ſcobis,
ſanguinis draconis finiſſimi præparati, ana drachmam ſemis,
Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

## PULVIS ANTISPASMODICUS.

℞. Nitri cryſtallifati puriſſimi unciam unam,
tartari vitriolati amari drachmas ſex,
cinnabaris antimonii drachmas duas,
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS APOPLECTICUS. COMPLETUS.

*Diſp. Brand. pag. 140.*

℞. Radicum doronici veri unciam unam,
pœoniæ, juſto tempore collectarum, drachmas duas,
ſeminis aniſi,
coriandri,
cubebarum ana drachmas duas,
cardamomi minoris,
ligni aloës ponderoſi, ana drachmas tres,
nucis myriſticæ,
ſuccini albi electi ana unciam ſemis,
caryophyllorum drachmam unam ſemis,
ambræ gryſeæ, cum ſeminis citri decorticati ana ſcrupulo uno ſubactæ,
ſacchari perlati unciam unam ſemis.
Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus, irrorandus olei deſtillati cinnamomi guttis decem.
Nota: incompletus iisdem omnibus, ambra ſola excepta, ingredientibus conſtat.

P.

## PULVIS AUREUS CELLENSIS.

℞. Sacchari optimi unciam ſemis,
cinnabaris nativæ Hungaricæ drachmam unam,
olei cinnamomi, guttas duodecim, aut plures.
Fiat pulvis.
Nota: crocus ſolis vel addi vel omitti poterit, pro cujuscunque deſiderio.

## PULVIS BEZOARDICUS COMMUNIS.

*Diſp. Brand. pag. 141.*

℞. Radicum angelicæ,
gentianæ,
petaſitidis,
zedoariæ ana drachmam ſemis,
dictamni albi,
tormentillæ,
boli Armenæ,
terræ ſigillatæ Strigenſis ana drachmas ſex,
coralliorum rubrorum præparatorum,
cornu cervi uſti & præparati,
corticum citri extimorum,
raſuræ eboris ſubtiliſſimæ,
ſuccini albi præparati ana drachmam ſemis.
Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

## PULVIS BEZOARDICUS SENNERTI.

℞. Cornu cervi uſti & præparati drachmam unam ſemis,
coralliorum rubrorum præparatorum,
lapidis bezoar orientalis,
matris perlarum præparatæ,
oculorum cancri præparatorum,
ſuccini præparati,
terræ ſigillatæ præparatæ ana ſcrupulum unum,
oſſis de corde cervi præparati,
hyacinthorum præparatarum,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 96 sur 149

rubini præparati,
ſapphiri præparatæ,
ſmaragdorum præparatorum ana ſcrupulum ſemis,
foliorum auri, numero tria.
Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

## PULVIS BEZOARDICUS MAJOR WEDELII.

℞. Cornu cervi philoſophice præparati uncias duas,
radicis contrayervæ,
antimonii diaphoretici,
terræ Lemniæ,
unicornu foſſilis,
coralliorum rubrorum ana unciam unam,
ſuccini albi drachmas tres,
lapidis bezoardici occidentalis unciam ſemis,
olei citri ſcrupulum ſemis.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS CACHECTICUS QUERCETANI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 98.*

℞. Limaturæ chalybis cum ſulphure calcinatæ unciam unam,
feculæ radicum ari,
coralliorum præparatorum,
matris perlarum præparatæ ana drachmas duas,
cornu cervi philoſophice præparati,
ſuccini præparati,
cinnamomi ana ſcrupulos quatuor,
ſacchari ad pondus omnium.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS CONTRA CASUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 98.*

℞. Terræ ſigillatæ,
ſanguinis draconis,
mumiæ ana drachmas duas,
ſpermatis ceti drachmam unam,
rhabarbari drachmam ſemis.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS CEPHALICUS MICHAELIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 99.*

℞. Cinnabaris nativæ electæ & præparatæ uncias tres,
radicum pœoniæ unciam unam ſemis,
ſmaragdi præparati drachmas duas,
ungulæ alcis præparatæ drachmam unam,
cranii humani præparati,
coralliorum rubrorum præparatorum,
cornu cervi ſpagirice præparati ana ſcrupulos duos,
unicornu marini,
margaritarum præparatarum,
ſuccini præparati ana ſcrupulum unum.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS è CHELIS CANCRORVM COMPOSITVS.

*Pharm. Lond. pag. 203.*

℞. Matris perlarum præparatæ,
oculorum cancri,
coralliorum rubrorum,
ſuccini albiſſimi,
cornu cervi ana unciam ſemis,
pulveris ex apicibus nigris chelarum cancrorum ad pondus omnium.
Miſce, fiat pulvis.
Nota: lapis bezoardicus Orientalis conſulto omiſſus, ſi expetatur, admiſceri poterit.

## PULVIS CORDIALIS TEMPERATUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 116.*

℞. Ligni aloës,
ſpodii ex ebore ana drachmam unam,
cinnamomi,
caryophyllorum,
oſſis de corde cervi,
doronici,

been

P.

been utriusque ana drachmam unam ſemis,
margaritarum drachmas ſex,
ſerici crudi toſti,
coralliorum rubrorum,
alborum ana drachmas duas,
hyacinthi,
ſmaragdi,
ſapphiri, ana drachmam ſemis,
croci ſcrupulum unum,
foliorum auri,
argenti ana numero decem.
Miſce, fiat pulvis.
Nota: ſi completus deſideratur, ambra & moſchus pro re nata addi poſſunt.

## PULVIS CORNACHINUS, SEU COMITIS DE WARWICH.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 95.*

℞. Cholagogi ſimplicis uncias duas, drachmas duas,
antimonii diaphoretici unciam unam ſemis,
cremoris tartari cryſtallini unciam ſemis,
Fiat pulvis.

## PULVIS DENTIFRICIUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 99.*

℞. Pumicis uncias duas,
oſſis ſepiæ drachmas ſex,
corallii rubri præparati drachmam unam,
radicis Ireos unciam unam,
moſchi,
zibethi ana ſcrupulum ſemis,
olei ligni rhodii,
nucis moſchatæ deſtillati ana guttas quatuor,
caryophyllorum guttas tres.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS DIAMBRÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 116.*

℞. Cinnamomi,
doronici,
caryophyllorum,
macis,
nucis moſchatæ,
folii,
galangæ ana drachmas tres,
ſpicæ Indicæ,
cardamomi majoris,
minoris ana drachmam unam,
zingiberis drachmam unam ſemis,
ligni aloës,
ſantali citrini,
piperis longi ana drachmas duas,
fiat pulvis, quem completum reddimus addendo:
ambræ drachmam unam,
moſchi drachmam ſemis.

## PULVIS DIACRETÆ MYNSICHTI.

*Armament. pag. 114.*

℞. Cretæ albæ cum aqua roſarum paratæ drachmas tres,
nucis moſchatæ drachmam unam ſemis,
radicis glycyrrhizæ,
ſeminis cydoniorum ana drachmam unam,
boli rubræ orientalis præparatæ,
coralliorum rubrorum præparatorum ana drachmam ſemis,
lapidis carpionis cum aqua plantaginis præparati,
macis parum toſti,
maſtiches electæ,
croci orientalis ana ſcrupulum unum,
ſacchari albiſſimi uncias tres.
Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

## PULVIS DIAIREOS SIMPLICIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 118.*

℞. Ireos Florentinæ unciam ſemis,
ſacchari canti albi,

U ſpecie-

P.

ſpecierum diatragacanthi frigidi,
ana drachmas duas.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS DIAMARGARITI CALIDI.

*Pharm. Argent. pag. 131.*

℞. Margaritarum orientalium,
pyrethri ana drachmam unam,
zingiberis,
maſtiches ana drachmas quatuor,
doronici,
zedoariæ,
ſeminis apii,
cardamomi utriusque,
nucis moſchatæ,
macis,
been utriusque,
piperis nigri,
longi ana drachmas tres,
cinnamomi drachmas quinque.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS DIAMARGARITI FRIGIDI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 119.*

℞. Seminum quatuor frigidorum majorum excorticatorum,
portulacæ,
papaveris albi,
roſarum rubrarum,
florum nymphææ albæ,
borraginis,
baccarum myrti,
ſantali albi,
citrini,
ligni aloës ana drachmam unam,
corallii albi,
rubri ana drachmam ſemis,
margaritarum orientalium drachmas tres.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS DIANISU.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 124.*

℞. Seminis aniſi uncias duas ſemis,
glycyrrhizæ raſæ,
maſtiches ana unciam unam,

P.

ſeminis carvi,
fœniculi,
galangæ,
macis,
zingiberis,
cinnamomi ana drachmas quinque,
trium piperum,
caſſiæ ligneæ veræ,
pyrethri,
calaminthæ ana drachmas duas,
cardamomi,
caryophyllorum,
cubebarum,
ſpicæ Indicæ,
croci ana drachmam unam ſemis.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS DIARRHODON ABBATIS.

*Diſp. Brand. pag. 166.*

℞. Aſari,
cardamomi,
caryophyllorum,
cinnamomi,
croci,
ligni aloës,
maſtiches,
rhabarbari electi,
ſeminum aniſi,
baſilici,
berberum,
fœniculi,
intybi,
lactucæ,
papaveris albi,
portulacæ,
quatuor frigidorum majorum decorticatorum,
ſpicæ Indicæ,
ſucci glycyrrhizæ ana ſcrupulum unum,
margaritarum,
oſſis de corde cervi ana ſcrupulum ſemis,
gummi Arabici,
tragacanthi,
raſuræ eboris ſubtiliſſimæ ana ſcrupulos duos,
ſantali albi,
rubri ana drachmas duas ſemis,
roſa-

P.

roſarum rubrarum,
ſacchari Candi albi ana uncias duas.
Miſce, fiat pulvis, additamento proportionato ſequentium, ſi opus, complendus, utpote alias ad integram deſcriptionem addi ſolitorum:
gallia moſchatæ ſcrupulo uno,
camphoræ granis ſeptem,
moſchi granis quatuor.
Nota: qui pulverem hunc viliorem deſiderat, margaritis matrem perlarum ſubſtituere poterit.

## PULVIS DIATRAGACANTHI FRIGIDI.

*Diſp. Brand. pag. 167.*

℞. Amyli unciam ſemis,
glycyrrhizæ,
ſeminum quatuor frigidorum majorum decorticatorum drachmas duas,
papaveris albi drachmas tres,
gummi Arabici drachmas decem,
tragacanthi uncias duas,
ſacchari penidii uncias tres.
Miſce, fiat lege artis pulvis.

## PULVIS DIATRION SVNTALON.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 120.*

℞. Trium ſantalorum ana drachmas duas, ſcrupulos duos,
rhabarbari,
ſpodii ex ebore,
ſucci glycyrrhizæ,
ſeminis portulacæ ana drachmas duas,
amyli,
gummi Arabici,
tragacanthi,
ſeminum quatuor frigidorum majorum,
intybi ana ſcrupulos quatuor,
violarum unciam ſemis,
roſarum uncias tres, drachmas tres.
Miſce, cui camphora arridet, illam admiſcere poterit.

P.

## PULVIS EPILEPTICUS MARCHIONIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 100.*

℞. Radicum pœoniæ maris, de creſcente luna effoſſarum, unciam ſemis,
viſci querni,
raſuræ eboris,
ungulæ alcis,
ſpodii,
cornu cervi ex apicibus deſumti,
coralliorum rubrorum,
alborum,
margaritarum præparatarum ana drachmam unam,
foliorum auri puri numero viginti.
Fiat pulvis.

## PULVIS EPILEPTICUS NIGER.

℞. Nucis moſchatæ drachmam unam ſemis,
cinerum talparum drachmas duas,
talorum leporis numero tres,
pulveris cardui benedicti ſcrupulos quatuor,
ungulæ alcis,
ſuccini albi,
viſci querni ana ſcrupulos duos ſemis,
margaritarum præparatarum drachmam unam,
cornu cervi uſti drachmam ſemis,
unicornu marini ſcrupulum unum,
cranii humani drachmas tres,
ſeminis pœoniæ drachmam unam ſemis,
ſacchari Canarienſis uncias duas,
foliorum auri numero duo,
carbonum tiliæ quantum ſatis ad colorem nigrum pulveri conciliandum.
Fiat pulvis.

## PULVIS ERYSIPELATODES MYNSICHTI.

*Mynſ. Armam. pag. 136.*

Farinæ volatilis uncias ſex,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 100 sur 149

P. P.

plumbi uſti,
boli rubræ ana uncias duas,
maſtiches electæ,
olibani,
ceruſſæ ana unciam unam.
Miſce, fiat pulvis omnium ſubtiliſſimus.

## PULVIS DE GEMMIS FRIGIDUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 117.*

℞. Margaritarum præparatarum drachmas tres,
ſpodii ex ebore,
raſuræ eboris,
corallii utriusque ana drachmas duas,
florum roſarum rubrarum drachmam unam ſemis,
hyacinthi,
ſmaragdi,
ſapphiri,
ſardæ,
granati,
ſantali albi,
rubri,
citrini,
florum borraginis,
bugloſſi,
ſeminis acetoſæ,
baſilici,
been utriusque ana drachmam unam,
oſſis de corde cervi drachmam ſemis,
foliorum auri,
argenti ana numero quindecim.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS HALY CONTRA PHTHISIN.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 97.*

℞. Seminis papaveris albi, drachmas duas,
portulacæ,
cydoniorum,
malvæ,
bombacis ana drachmam unam ſemis,
quatuor frigidorum majorum excorticatorum ana drachmam unam,
gummi Arabici,
tragacanthi,
amyli ana drachmas duas,
hypociſtidis,
boli Armenæ præparatæ,
cornu cervi uſti,
raſuræ eboris,
cicerum rubrorum ana drachmam ſemis,
cinnamomi drachmas duas,
ſacchari penidii unciam unam ſemis,
Canarienſis uncias ſex.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS HEPATICUS RUBER.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 316.*

℞. Cryſtallorum tartari ſubtiliſſime tritarum uncias ſex,
ſalis acetoſellæ drachmas duas,
tigantur, imbuendo cum ſufficienti quantitate tincturæ ſantali rubri, ſpiritu vini, cum vitrioli ſpiritu acidulato, extractæ, iterumque exſiccentur.

## PULVIS DE HYACINTHO.

*Diſp. Brand. pag. 169.*

℞. Boli Armenæ,
coralliorum rubrorum præparatorum,
hyacinthorum præparatarum,
terræ Lemniæ veræ aut Strigenſis, ſaltim ſigillatæ, ana drachmam unam ſemis,
radicum dictamni albi,
tormentillæ,
ſeminis acetoſæ,
citri decorticati,
portulacæ,
cornu cervi præparati,
eboris raſuræ præparatæ,
oſſis de corde cervi præparati,
croci optimi,
myrrhæ ſelectæ,
roſarum rubrarum,

ſanta-

P.

ſantalorum omnium ana ſcrupulos quatuor,
margaritarum præparatarum,
ſmaragdorum præparatorum ana drachmam unam.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS NEPHRITICUS.

*Diſp. Brand. pag. 142.*

℞. Seminis ſaxifragiæ albæ unciam u-
anethi, (nam,
aniſi,
cardamomi minoris excorticati,
carvi,
fœniculi,
milii ſolis,
petroſelini,
raphani,
macis ana unciam ſemis,
acinorum cynosbati,
halicacabi,
lapidum percarum præparatorum,
porcorum è ventriculis,
mandibularum lucii piſcis præparatarum,
oculorum cancrorum præparatorum ana unciam unam.
Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

## PULVIS PANNONICUS RUBER.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 107.*

℞. Boli Armenæ Orientalis præparatæ uncias duas,
terræ ſigillatæ veræ uncias ſex,
hyacinthi,
ſapphiri,
rubini,
ſmaragdi ana præparatorum unciam unam,
margaritarum præparatarum drachmas decem,
ſpodii præparati,
raſuræ eboris ana drachmas quinque,
coralliorum rubrorum præparatorum drachmas octo,
alborum præparatorum unciam unam ſemis,

P.

radicis tormentillæ,
dictamni ana uncias quatuor,
cornu cervi philoſophice præparati drachmas ſex,
ſantali albi drachmam unam,
radicis doronici drachmas ſex,
ſeminis acetoſæ drachmas duas,
corticum citri drachmam unam ſemis,
camphoræ drachmas duas.
Pulveriſentur ſingula per ſe & miſceantur, addendo foliorum auri numero quinquaginta, fiat pulvis.

## PULVIS PARTURIENTIUM.

*Diſp. Brandenb. pag. 149.*

℞. Caſſiæ ligneæ veræ,
cinnamomi acutiſſimi ana drachmas duas,
borracis Venetæ,
ſuccini albi præparati ana drachmam unam ſemis,
croci Orientalis optimi drachmam ſemis.
Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, irrorandus olei deſtillati cinnamomi guttis tribus.

## PULVIS PECTORALIS BALSAMICUS WEDELII.

*Amœnit. Mat. Med. pag. 142.*

℞. Radicis glycyrrhizæ unciam unam,
ireos Florentinæ drachmas duas,
flores ſulphuris unciam ſemis,
benzoës ſcrupulum unum,
ſacchari canti albi uncias duas,
olei deſtillati aniſi,
fœniculi ana guttas decem.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS PECTORALIS RESOLVENS WEDELII.

*ibid.*

℞. Radicis ari,
ireos Florentinæ,

P.

antimonii diaphoretici,
florum ſulphuris,
cinnabaris nativæ,
lapidum cancrorum ana drachmam unam,
Miſce, fiat pulvis, miſcendus cum anodynis & aliis.

## PVLVIS PLEURITICUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 101.*

℞. Mandibularum lucii piſcis præparatarum,
dentis apri uſti præparati ana drachmas duas,
lapidum percarum,
talorum leporis,
oculorum cancri præparatorum,
lucii piſcis præparatorum,
ſeminum cardui benedicti,
artemiſiæ rubræ ana drachmam unam,
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS PRÆCIPITANS.

*Diſp. Brand. pag. 150.*

℞. Concharum marinarum præparatarum,
matris perlarum præparatæ,
cornu cervi præparati,
oculorum cancri præparatorum ana unciam ſemis,
antimonii diaphoretici drachmam unam,
cinnabaris nativæ præparatæ drachmam ſemis.
Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

## PULVIS SABAUDICUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 101.*

℞. Cinnamomi electi drachmas tres,
caryophyllorum drachmas duas,
maſtiches electæ,
myrræ electæ,
radicum tormentillæ ana drachmam unam,
zedoariæ,
anthoræ,
contrayervæ,
ſcorzoneræ,

P.

coralliorum rubrorum præparatorum,
margaritarum præparatarum.
ſapphiri præparatæ,
rubini præparati,
ſmaragdi præparati,
hyacinthi præparati,
lapidis bezoar Orientalis,
unicornu veri ana drachmas duas,
boli Armenæ præparatæ,
terræ ſigilatæ veræ ana drachmam unam,
corticum citri unciam ſemis,
foliorum auri numero decem,
antimonii diaphoretici ad pondus omnium.
Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

## PVLVIS SOLUTIVUS TARTARISATUS ZWOELFERI.

*Corp. Pharm. Chim. Jungk. pag. 843.*

℞. Tartari vitriolati cryſtalliſati unciam unam,
cremoris tartari unciam ſemis,
magiſterii gialappæ amygdalis probe ſubacti ſcrupulos quatuor,
pulveris radicis gialappæ unciam ſemis,
macis drachmam unam.
Miſce fiat pulvis ſubtiliſſimus.

## PULVIS STERNUTATORIUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 254.*

℞. Majoranæ drachmam unam ſemis,
beronicæ,
pyrethri ana drachmam ſemis,
hellebori utriusque ana drachmam unam,
pulegii ſcrupulum unum
Fiat pulvis.

## PULVIS STERNUTATORIUS CUM MOSCHO & AMBRA.

*Diſp. Brand. pag. 151.*

℞. Foliorum nicotianæ Virginianæ unciam unam,

flo-

P.

florum liliorum convallium ſicca-
torum drachmas duas,
ambræ gryſeæ,
moſchi Alexandrini ana grana ſex,
olei ligni Rhodii guttas quinque.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS STOMACHICUS BIRCKMANNI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 102.*

℞. Pulveris radicum ari præparatarum
uncias duas,
acori vulgaris,
pimpinellæ ana unci-
am unam,
oculorum cancri unciam ſemis,
cinnamomi drachmas tres,
ſalis abſinthii,
juniperi ana drachmam unam,
ſacchari roſati ad pondus omnium.
Conficiatur pulvis, guſtui gratus.

## PULVIS STOMACHICUS POTERII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 320.*

℞. Apicum clavorum equinorum li-
bram ſemis,
antimonii electi libram unam,
mixta per vices indantur crucibulo ignito, &c, poſtquam igne aucto fluere inceperint, nitri pulveriſati unciæ ſex pedetentim injiciantur, factaque detonatione, in conum fuſorium calefactum & ſevo illitum effundatur, tum
℞. reguli hujus à ſcoriis mundati e. gr.
uncias octo,
nitri depurati libras duas,
bene invicem mixta & contrita, uti antimonium diaphoreticum, calcinentur. edulcorentur, & ſiccentur.

## PULVIS AD STRUMAS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 103.*

℞. Spongiæ combuſtæ,
pilæ marinæ toſtæ,
oſſis ſepiæ,
piperis longi,
nigri,

P.

zingiberis,
cinnamomi,
ſalis gemmæ,
pyrethri,
gallarum,
lapidis ſpongiæ ana unciam unam.
Pulveriſentur & miſceantur.

## PULVIS STYPTICUS RUBER WEDELII.

*Jungk. corp. Pharm. pag. 818.*

℞. Radicis tormentillæ,
biſtortæ,
ſanguinis draconis,
lapidis hæmatitis,
coralliorum rubrorum præparato-
rum,
boli Armenæ,
gummi tragacanthi,
granorum actes,
pulveris bezoardici ana unciam u-
nam,
nucis moſchatæ unciam ſemis.
Miſce fiat pulvis.

## PULVIS SYMPATHETICUS.

*Pharm. Argent. pag. 143.*

℞. Vitrioli Veneris Romani aut Cyprii quantum vis, diſſolve in aqua ſimplici, filtra per chatam bibulam, evapora ſuper lento igne & coagula, contunde groſſo modo, & ferventioribus ſolis radiis expone per quatuordecim dies, & ultra, usque dum accuratiſſime fuerit calcinatum.

Nota 1. Cum aër ſerenus eſt, ſoli eſt exponendum, & ubi pluvioſus & humidus, in locum ſiccum transferendum vitriolum.

Nota. 2. Ne marte attingatur, neque quando fit, neque cum factus eſt pulvis.

Nota 3. Hic labor inſtituendus eſt die vigeſimo quinto Julii ſole in leonem ingrediente, & præſtat quatuor vel quinque dies & noctes expectare, ut certiores ſimus de ipſius confirmatione in propria domo.

X 2 No-

P.

Nota 4. Hic pulvis uſui aſſervandus eſt in loco ſicco, ne excrementitia humiditate recuperata formam priſtinam aſſequatur, unde non levis ſequeretur ipſius virtutis diminutio.

Pro cujusque lubitu miſceri poterit tragacantha, vel in quantitate æquali, vel decimam ſolummodo partem ſumendo; ſunt, qui miſcent uſneam cranii humani.

## PULVIS CONTRA VERMES.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 144.*

℞. Seminis cynæ uncias duas,
foliorum ſennæ ſine ſtipitibus unciam unam,
coriandri præparati,
cornu cervi uſti,
muſci corallini ana unciam ſemis.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVIS VITÆ CÆSARIS.

℞. Radicum zedoariæ,
enulæ,
calami aromatici,
pimpinellæ,
galangæ,
caryophyllatæ,
liquiritiæ ana drachmas duas,
herbarum ſcolopendrii,
veronicæ,
cardui benedicti,
florum centaurii minoris ana drachmam unam,
foliorum ſennæ electorum unciam unam ſemis,
ſeminis aniſi,
fœniculi,
carvi,
petroſelini ana drachmam unam ſemis,
baccarum juniperi drachmas tres,
zingiberis,
cinnamomi ana drachmam unam,
cubebarum,
cardamomi ana ſcrupulos quatuor.

P.

macis,
cornu cervi uſti ana drachmas duas,
rhapontici veri unciam ſemis,
rhabarbari electi drachmam unam ſemis,
cremoris tartari drachmas tres,
ſacchari canti albi uncias quatuor ſemis.
Miſce, fiat pulvis.

## PULVERUM SIMPLICIUM SELECTUS.

*Pulvis alchimillæ,*
*aloës ſocotrinæ,*
*althææ,*
*ammoniaci gummi,*
*angelicæ,*
*aniſi,*
*Arabici gummi,*
*ari,*
*aurantiorum corticum,*
*baccarum lauri,*
*bdellii,*
*bryoniæ,*
*calami aromatici.*
*calaminaris lapidis,*
*cantharidum,*
*cardui benedicti,*
*caryophyllorum aromaticorum,*
*caſſiæ ligneæ,*
*caſtorei,*
*ceruſſæ,*
*chamomillæ,*
*chinæ chinæ,*
*cynæ ſeminis,*

*cinna-*

P.

*Pulvis* cinnamomi,
citri corticum,
coculi,
conſolidæ majoris,
coriandri,
croci,
cubebarum,
curcumæ,
cyperi rotundi,
enulæ radicis,
euphorbii,
fœniculi,
fenu græci,
galangæ minoris,
gentianæ,
gialappæ,
glycyrrhizæ,
hellebori albi,
nigri,
ipecacuanhæ,
ireos Florentinæ,
landani,
ligni aloës,
guajaci,
lini ſeminis,
lumbricorum,
lithargyrii,
majoranæ,
mandibulæ luciipiſcis,
maſtiches,
mechoacannæ,
meliloti,
millepedum,
minii,

P.

mumiæ,
myrrhæ,
occulorum cancrorum,
olibani,
opopanacis,
oſteocollæ,
piperis longi,
nigri,
pimpinellæ radicis,
pœniæ radicis,
rhabarbari veri,
toſti.
Monachorum,
rapontici veri,
ſagapeni gummi,
ſandarachæ gummi,
ſanguinis draconis,
hirci,
ſantali albi,
citrini,
rubri,
ſene foliorum,
ſpongiæ combuſtæ,
ſtaphidis agriæ,
ſtoracis Calamitæ,
ſuccini albi,
ſulphuris citrini,
tacamahacæ,
talci Veneti,
terræ Iaponicæ,
Lemniæ
ſigillatæ Sileſ.
teſtarum ovorum,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 106 sur 149

P.

*Pulvis tormentilae,*
*tragacanti,*
*turpethi,*
*viperarum Italicarum,*
*viridis aeris,*
*viſci querni,*
*vitri veneti,*
*unicornu foſſilis,*
*zedoariae,*
*zingiberis,*

R.

## Radicum Selectus.

*Radix acetoſae,*
*acori vulgaris,*
*althææ,*
*allii vulgaris,*
*alkannæ verae,*
*angelicae,*
*anthorae,*
*apii,*
*ariſtolochiae longae,*
*verae,*
*vulgaris,*
*rotundae verae,*
*vulgaris,*
*ari,*
*aſari,*
*aſparagi,*
*aſprodeli,*
*barbae caprinae,*

P.

*bardanae,*
*been albi,*
*rubri,*
*bruſci,*
*bryoniae,*
*calami aromatici,*
*cardopatii,*
*caryophyllatae,*
*chelidonii majoris,*
*minoris,*
*chinae,*
*cichorii hortenſis,*
*ſylveſtris,*
*contrayervae,*
*conſolidae majoris,*
*cucumeris aſinini,*
*curcumae,*
*cyclaminis,*
*cyperi longi,*
*rotundi,*
*dictamni albi,*
*doronici,*
*ebuli,*
*enulae,*
*eryngii,*
*eſulae,*
*fabariae,*
*farfarae,*
*filicis,*
*filipendulae,*
*fœniculi,*
*galangae,*
*gentianae,*

gia-

R.

*gialappae,*
*glycyrrhizae,*
*graminis,*
*hellebori albi,*
*nigri,*
*hermodactylorum,*
*ipecacuanhae,*
*ireos Florentinae,*
*noſtratis,*
*lapathi acuti,*
*leviſtici,*
*liliorum alborum,*
*malvae,*
*mechoacannae albae,*
*meu,*
*morſus diaboli,*
*Mungos,*
*Ninſi, vel Ginſeng,*
*nymphææ,*
*ononidis.*
*oſtrutii, ſeu imperatoriæ,*
*pareiae bravae,*
*pedaſitidis,*
*petroſelini,*
*peucedani,*
*pimpinellae albae,*
*nigrae,*
*plantaginis,*
*pæoniae,*
*polypodii,*
*pyrethri,*

R.

*rahbarbari Monachorum,*
*veri,*
*rhapontici veri,*
*vulgaris,*
*rubiae tinctorum,*
*ſaniculæ albæ*
*nigræ,*
*ſarſaparillae,*
*ſatyrii,*
*ſaxifragiae,*
*ſcorzonerae,*
*ſcrophulariae,*
*ſerpentariae virginianae,*
*vulgaris*
*ſigilli Salomonis,*
*tormentillae,*
*trifollii fibrini,*
*turpethi,*
*valerianae majoris,*
*minoris,*
*victorialis longae,*
*rotundae,*
*vincetoxici, ſive hirundinariae,*
*zedoariae,*
*zingiberis albi,*
*Regulus Antimonii ſimplex,*
*martialis,*
*medicinalis,*
*vid. antimonium, cui horum regulorum præparatio anexa eſt.*

*Reſina abietis.*



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 108 sur 149

R.

## RESINA GLALAPPÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 316.*

℞. Radicum gialappæ quantum libet. Craſſiuſcule contuſis affundatur ſpiritus vini optime rectificatus, ut tres vel quatuor digitos ſupermineat. Stent in infuſione in loco calido per aliquot dies poſtea colentur cum forti expreſſione, extractionem hanc toties repetendo, quousque ſpiritus vini non amplius tingatur, tandem conjunctis & filtratis affundatur aqua fontana, & ſpiritus vini deſtillando ſeparetur; reſinoſa ſubſtantia gialappæ in fundo cucurbitæ hærens, aquâ clarâ aliquoties lavetur, ſiccetur & pulveriſetur. Liquor autem reliquus tinctus ulterius inſpiſſetur, qui eſt extractum mechoacannæ nigræ.

## *Reſina guajaci ſcamonii, vel pulvis ſyrius,*

Pari labore & methodo, quâ gialappæ reſina ſive magiſterium conficiuntur.

## ROOB SELECTUS.

## ROOB CYDONIORUM.

℞. Succi cydoniorum depurati quantum liebet.

Coque ad mellis ſpiſſitudinem.

## ROOB CYNOSBATI.

℞. Succi fructuum cynosbati maturorum, auctumno collectorum libras duas.

Succus depuretur, & ad mellaginem igne lento cum ſacchari libra una inſpiſſetur.

## ROOB EBULI.

Fit, ſucci granorum ebuli depurati libram unam cum ſacchari libra dimidia ad mellis conſiſtentiam igne moderato inſpiſſando.

## ROOB JUNIPERI.

℞. Baccarum juniperi maturarum recentium conquaſſatarum, quantum placet.

Coquantur in aqua communi, donec molleſcant, tum per ſetaceum colentur ac modice exprimantur. Succus inde prolectus ad conſiſtentiam mellis cum ſacchari dimidio pondere, ut artis eſt, lento igne redigatur.

## ROOB NUCUM.

℞. Succi è corticibus viridibus nucum juglandium, canicularibus diebus expreſſi & depurati libras duas, mellis deſpumati libram unam.

Coquantur ad juſtam conſiſtentiam.

## ROOB SAMBUCI.

℞. Succi baccarum ſambuci maturarum partes duas, ſacchari albiſſimi partem unam.

Igne moderato, cavendo empyrevma, coque ad conſuetam conſiſtentiam.

## ROOB SPINÆ CERVINÆ.

Fit è ſucco baccarum maturarum ſpinæ cervinæ eodem modo, ut in præcedentibus dictum.

## ROTULARUM SELECTUS.

## ROTULÆ BERBERUM.

*Diſp. Brand. pag. 153.*

℞. Sacchari albiſſimi libram unam.

In pulverem redactum in vaſe terreo vitreato, leni admodum igne, incaleſcat, cui tum adde ſucci berberum per reſidentiam optime depurati uncias tres, ſicque absque omni coctione in conſiſtentiam tabulati reduc, ac in rotulas, ut artis eſt, effunde.

## ROTULÆ DIAIREOS.

℞. Specierum diaireos ſimplicis unciam unam, ſacchari albiſſimi in ſufficienti quantitate aquæ violarum ſoluti, & ad conſiſtentiam tabulati cocti uncias octo.

Miſce, fiant lege artis rotulæ.

ROTU-

## R.

## ROTULÆ DIASULPHURIS COMPOSITÆ.

℞. Specierum diatragacanthi frigidi diaireos ſimplicis ana drachmam ſemis,
florum ſulphuris ſcrupulum unum,
croci orientalis grana quindecim,
Sacchari albiſſimi uncias quatuor.
Miſce, fiant rotulæ, & ſi placet, irrorentur olei aniſi guttis decem.

## ROTULÆ MANUS CHRISTI SIMPLICES & PERLATÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 121.*

℞. Sacchari albiſſimi libram unam,
aquæ roſarum quantum ſatis pro ſacchari ſolutione.
Coquantur, ut artis eſt. Quod ſi margaritas addere volueris, injiciatur ſub finem
margaritarum præparatarum uncia ſemis.
Nota: ſi margaritarum loco matris perlarum præparatæ æquale pondus adjeceris, tunc pretium, non virtus, diminuetur, & ſacchari perlati nomine hæ rotulæ alias veniunt.

## ROTULÆ CONTRA VERMES.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 121.*

℞. Seminis ſancti unciam unam ſemis,
farinæ lupinorum unciam unam,
dictamni albi,
Cretici ana unciam ſemis,
cornu cervi uſti,
ſcordii veri ana drachmam unam ſemis,
croci drachmam ſemis, grana ſex,
ſacchari albi, aqua abſinthii ſoluti quantum ſatis.
Fiat confectio, vel potius rotulæ.

## S.

*Saccharum Canarienſe,*
*cantum album,*
*rubrum,*
*violaceum,*
*clarificatum.*

## SACCHARUM LACTIS.

℞. Lactis vaccini, nondum acidi, menſuras octo,
coque & præcipita cum
ſpiritus vitrioli drachma una.
Poſtea clarifica, & abſtrahe per alembicum ad cuticulam, repone in cellam, & cryſtallos acquires.

## SACCHARUM PENIDIUM.

*Diſp. Brand. pag. 155.*

Saccharum ad conſiſtentiam juſtam, ſecundum artem coctum, ſuper tabula marmorea, oleo amygdalorum dulcium imbutâ, effuſum, donec eatenus refrigeſcat, ut terebinthinæ denſæ inſtar, manibus terſis & amylo ſæpius aſperſis, ſuper unco ferreo iterato & operoſe tractari, ac, filorum inſtar craſſorum, aut funium duci, tandemque, poſtquam ſufficienter refrixerit, ac candorem contraxerit, in bacillos oblongos, digitum circiter craſſos, contorqueri, ac efformari poſſit.

## *Saccharum perlatum*

*vid. Rotul. manus Chriſti.*

## SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 122.*

℞. Florum roſarum rubrarum mundatarum drachmas duas,
pulveriſentur ſubtiliſſime, & irrorentur ſpiritus vitrioli guttis duodecim, præter tantillum aquæ roſarum, pro intenſiori colore rubro impetrando, poſtea immiſceantur
ſacchari albi, in aqua roſarum diſſolu-

S. S.

ſoluti, & ad debitam conſiſtentiam cocti unciæ quatuor, fiat confectio in tabulis.

## SACCHARUM SATURNI CRYSTALLISATUM.

*Diſp. Brand. pag. 155.*

℞. Minii aut lithargyrii quantum vis, affunde in vaſe commodo aceti deſtillati acerrimi, quantum ſufficit, ad eminentiam quatuor ad minimum digitorum, digere in loco moderate calido, ſæpius, initio præſertim, materiam bacillo aut ſpatula lignea, ne nimium concreſcat, ſubruendo, per unum alterumve diem, donec acetum ſaturato flaveſcat, interea cavendo ab odore exhalante, pulmonibus noxio (hinc in loco à continuo uſu ſequeſtrato laborem hunc fieri oportet) ſic acetum particulis ſaturni ſalinis impraegnabitur, atque mutato colore & ſapore dulceſcet, & flaveſcet. Extractionem aut ſolutionem potius decanta, ac novum acetum deſtillatum affunde, ut denuo aliquot digitos ſupereemineat, ac, donec dulceſcat & flaveſcat, digere, idque toties itera, novum acetum deſtillatum affundendo, donec dulceſcat. Extractiones omnes conjunge, ac acetum abſtrahe ad melaginem, huic affunde aquam pluviam deſtillatam, ſolve, digere aliquantisper, donec fæces ad fundum ſecedant, clarum deple, & denuo recentem aquam reſiduo affunde, idque toties, donec omnis dulcedo ſoluta & extracta, fæcibus ſolum nonnullis reſiduis; extractiones has omnes, per chartam emporeticam colatas evapora, & obtinebis ſal in cella humida in liquorem reſolubile. Quod denuo aceto deſtillato ſolvendum, ac tres pluresve dies in cineribus calidis digerendum, ſæpius de die movendo, tum demum filtrandum, ac evaporatione ad cuticulam factâ, in loco frigido cryſtalliſandum. Quod ut citius & felicius fiat, affuſo ſpiritu vini rectificatiſſimo cryſtallis, eas paululum digere, & ſpiritum ad medietatem rurſus abſtrahe, ac in longe nitidiores abibunt cryſtallos.

## *Saccharum Thomæ.*

## SALIUM SELECTUS.

## SAL ABSINTHII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 311.*

℞. Abſinthii ſicci quantum vis, comburatur in cineres albos, ſal extrahatur cum aqua communi calida, aliquandiu digerendo, poſtea aqua per inclinationem ſeparetur, idque, novam affundendo aquam, eousque repetatur, donec aqua lixivioſo ſapore non amplius imbuatur, tandem exhalando coaguletur, & denuo ſolutum, filtratum, atque, donec pellicula in ſummitate concreſcere incipiat, evaporationi commiſſum reponatur, ut in cryſtallos concreſcat, quæ exſiccentur, & remanens liquor ulteriori cryſtalliſationi evaporando & reponendo accommodetur.

## SAL ESSENTIALE ACETOSELLÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 312.*

℞. Succi acetoſellæ expreſſi depuratique magnam quantitatem, quæ coquendo ad craſſiorem conſiſtentiam deducatur, & in locum frigidum reponatur, ut cryſtalli in eo concreſcant, quibus exemtis liquor reliquus ulterius inſpiſſetur, & denuo ad cryſtalliſandum reponatur. Tandem collectum ſal illud in aqua ſolvendo, filtrando & coagulando depuretur.

## *Sal acidularum Egranarum,*

compoſitum ad nos transfertur.

## *Sal alcali,*

Sal

S.

## *Sal amarum Sedlicenſe.*

Ex ipſo acidularum fonteignis, ope confectum, ad nos transmittitur.

## *Sal ammoniacum,*

## SAL AMMONIACUM VOLATILE SICCUM.

℞. Salis ammoniaci uncias ſex,
tartari uncias quatuor,
probe mixta ſerventur in vitro bene clauſo.

## *Sal Anglicum Epſomenſe.*

ex Anglia transmittitur jam paratum.

## SAL ARTEMISIÆ.

Fit, ut ſal abſinthii.

## SAL CARDUI BENEDICTI.

Si eodem modo, ut prius oſtenſum operatus fueris, ſalem quoque hunc acquires.

## SAL CARMINATIVUM MYNSICHTI.

*Armam. Med. Chim. pag. 203.*

℞. Herbæ chamomillæ libras duas,
pulegii.
ſerpilli,
menthæ criſpæ,
anethi ana libram unam,
calcinetur, ut artis eſt, & fiat cinis albus, cui adde
cinerum ſeminis aniſi,
cymini,
carvi,
fœniculi ana uncias duas,
galangæ minoris,
zingiberis albi,
zedoariæ ana unciam unam.
Miſce, & cum aqua chærefolii fiat, lege artis, ſal ſplendidiſſimum.

S.

## SAL CENTAURII MINORIS.

Sicut ſal abſinthii parandum eſt.

## SAL CHAMÆDRIOS.

Ad normam antecedentium præparatio inſtituitur

## SAL CORNU CERVI VOLATILE.

*Diſp. Brand. pag. 156.*

E cervi cornubus in ſegmenta mediocria diſſectis, igne aperto, retorta capaci, aut cucurbita terrea, vel ferrea potius, capitello terreo probe vitreato, roſtro amplo inſtructo, ac recipiente capaci adaptato, juncturis optimé clauſis, una cum ſpiritu & oleo elicitur, quod aquæ modico, è retortæ vel alembici roſtro, ac à lateribus recipientis elotum, chartâ bilula duplici ac humectata ab olei parte potiori ſegregatur, rectificatione poſtmodum, è cucurbita vitrea, ex arena, igne admodum leni, è ſpiritu quoque ac phlegmate affuſo, cineribus oſſium calcinatorum ſaturato, & fortiori demum ab iisdem igne recuperando ſeparatur, tandem encheiriſi ſingulari, mediante nimirum ſpiritu vini, aut ſaltem frumenti rectificato, à reliquiis olei ſequeſtrandum, & ad puritatem deſideratam & candorem gratum deducendum.

## *Sal fabarum.*

## SAL FEBRIFUGUM SYLVII.

*Collect. Chym. Leid. pag. 21.*

℞. Capitis mortui, in deſtillatione ſpiritus ſalis ammoniaci relicti, quantum vis.
ſolvatur in aquæ communis puræ ferventis ſufficienti quantitate, ſolutionem filtra per chartam, & evapora in olla terrea vitreata, ad ſiccitatem usque, agitando ſpatula, donec ſal relictum fuerit ſiccum & albiſſimum.

## *Sal gemmæ,*



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 112 sur 149

S.

## SAL. JUNIPERI.

Paratur ad normam ſalium vegetabilium jam deſcriptam.

## SAL VOLATILE LUMBRICORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 279.*

℞. Lumpricorum terreſtrium exſiccatorium ſufficientem quantitatem. Ex retorta, luto incruſta, igne aperto per gradus adhibito, deſtillentur, liquor productus cum ſale in eo ſoluto, addita ſpiritus vini particulâ, ab oleo per chartam emporeticam, prius aqua humefactam ſeparetur, & ex arena in phiola rectificetur.

*Sal marinum.*

## SAL MARTIS SUBDULCE SCHROEDERI.

*Jungk. corp. Pharm. pag. 897.*

℞. Limaturam martis, irrota aceto deſtillato optime, ut paſta inde fiat, quæ ſiccefcat : ſiccatam tere ac irrora iterum, idque repete multoties ; tandem effunde phlegma aceti, coque bulliendo & filtra, humiditate in balneo Mariæ abſtracta, digere cum ſpiritu vini, cryſtallosque ſerva pro uſu.

## SAL SUCCINI VOLATILE SICCUM.

*Diſp. Brand. pag. 157.*

Sal volatile ſuccini ab oleo ſeparatum cucurbitæ humili immittitur, eique pileus coniformis, quantum fieri poteſt faſtigiatus, è charta bibula aut etiam alba duplici compoſitus, imponitur, ac leniſſimo arenæ calore ſublimatur, ſæpius mutato pileo, ne relabatur, abradendum, ſicque colligendum & accuratiſſimè ſervandum.

*Sal tamariſci,*

S.

## SAL TARTARI FIXUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 313.*

Sternitur tartarus in vaſe terreo non vitreato plani fundi ad craſſitiem digiti, reverberatur poſtea ad albedinem usque, tum perfunditur aqua communi, filtratur & coagulatur.

## SAL VIPERARUM VOLATILE.

Eâdem, qua cornu cervi, encheireſi è viperis exenteratis & ſiccatis conficiendum eſt.

## SAL URINÆ VOLATILE.

*Diſp. Brand. pag. 158.*

℞. Urinæ hominis juvenis, ſani, quantitatem ſufficientem, ſtet per menſem unum alterumve in vaſe vitreo aut lapideo, obturato neglectim, ut putrefiat, tum è cucurbita vitrea capaci, ex arena deſtilla, juncturis probe lutatis, ſpiritum, quem ſuper reſiduo aliquoties cohoba, tandem leniſſimo igne rectifica, & obtinebis ſal volatile urinæ elegans, magnarum virium & variis in Medicina & extra eam uſibus aptum.

*ſanguis draconis,* *vid. gummata.*
*hirci,*
*ſapo Venetus,*
*ſchœnanthum,*
*ſebeſten,*
*ſecundina humana præparata.*

℞. Secundinæ humanæ recentis numero unam, munda & lava in vino communi ; in fruſta diſciſſam, leniterque torrefactam pulveriſa, & in loco tepido aſſerva.

## SEMINUM SELECTUS.

*Remen acetoſæ,*
*althææ,*

*ammios*

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 113 sur 149

S.

*Semen ammios,*
*amomi veri,*
*anethi,*
*angelicæ,*
*aniſi,*
*ſtellati, alias badian,*
*apii,*
*aquilegiæ,*
*cannabis,*
*cardui benedicti,*
*Mariæ,*
*carthami,*
*carvi,*
*chærefolii,*
*cicerum alborum,*
*rubrorum,*
*citri,*
*citrulli,*
*cochleariæ,*
*coriandri,*
*cucumeris,*
*cucurbitæ,*
*cydoniorum,*
*cymini,*
*cynæ,*
*dauci Cretici,*
*noſtratis,*
*endiviæ.*
*erucæ,*
*fabarum,*
*feniculi Cretici,*
*noſtratis,*

S.

*fœnugræci,*
*geniſtæ,*
*hordei crudi,*
*purgati,*
*hyoſcyami,*
*hyperici,*
*lactucæ,*
*lini,*
*lupinorum,*
*lycopodii,*
*melvæ,*
*melonum,*
*meſpilorum,*
*milii albi,*
*ſolis,*
*napi,*
*naſturtii,*
*nigellæ,*
*papaveris albi,*
*nigri,*
*perfoliatæ,*
*petroſelini Macedonici,*
*vulgaris,*
*plantaginis,*
*pæoniæ*
*portulacæ,*
*pſyllii,*
*raparum,*
*raphani,*
*rutæ,*
*ſaxifragiæ,*
*ſcariolæ,*
*ſeſeleos,*

*Semen ſinapios,*
*ſtaphidis agriæ,*
*ſumach,*
*thlaſpios,*
*violarum,*
*urticæ Romanæ,*
*vulgaris,*
*ſericum crudum,*
*toſtum,*
*ſevum cervinum,*
*hircinum,*
*SIEF. vide trochiſcos,*
*ſiliqua dulcis.*

## Siruporum Selectus.

### SIRUPUS ACACIARUM FLORUM.

*Diſp. Brand. pag. 190.*

℞. Florum acaciarum vulgarium libras puas, infundantur in libras quatuor aquæ calentis, digerantur per noctem, aqua à floribus, leni expreſſione ſeparata, recentium acaciæ florum libris duabus rurſus affundatur, digeratur ut ante, & ſeparetur, idque tertia vice repetatur, huic tandem aquæ leni expreſſione à floribus tertia vice ſeparatæ adde ſacchari albiſſimi libras quatuor, poſt debitam ex arte clarificationem, ſirupum juſtæ conſiſtentiæ confice.

### SIRUPUS ACETOSITATIS CITRI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 9.*

℞. Succi limonum maturorum depurati libram unam ſemis,
ſacchari albiſſimi clarificati, ultra tabellarum conſiſtentiam cocti, libras tres.
Fiat ſecundum artem ſirupus.

### SIRUPUS DE ALTHÆA FERNELII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 2.*

℞. Radicis althææ,
graminis,
aſparagi,
glycyrrhizæ,
uvarum paſſarum mundatarum ana unciam ſemis,
cicerum rubrorum unciam unam,
cymarum althææ,
malvæ,
helxines,
pimpinellæ,
plantaginis,
adianthi albi & nigri ana manipulum unum,
ſeminum quatuor frigidorum majorum & minorum ana drachmas tres.
Inciſa coquantur ex aquæ libris novem, usque dum quatuor ſuperſint, deinde cum ſacchari albi libris quatuor fiat ex arte ſirupus.

### SIRUPUS ARTEMISIÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 3.*

℞. Herbæ artemiſiæ manipulos duos,
pulegii,
meliſſophylli,
dictamni Cretici,
ſabinæ ana manipulum unum,
florum hyperici manipulum ſemis,
radicis rubiæ,
ruſci ana uncias duas,
ſeminis nigellæ unciam ſemis,
caſſiæ ligneæ unciam unam,
ſacchari albi libras duas.
Coquantur cum aquæ fontanæ libris quinque ſecundum artem ſirupum.

### SIRUPUS BERBERUM.

℞. Succi berberum depurati libram unam,
ſacchari albiſſimi libras duas.
Fiat lege artis ſirupus.

Nota: quia perſcrutando diſpenſatoria, non ſatis adæquatum ingredientium

S.

dientium pontus ad parandos ſirupos acidos deprehendimus, unanimi conſilio decrevimus, ut omnes ſirupi acidi, juxta hanc deſcriptam normam conficiantur.

## SIRUPUS CAPILORUM FENERIS COMPOSITUS.

*Diſp. Brand. pag. 190.*

℞. Capillorum Veneris uncias quinque,
lingue cervinæ manipulum unum,
malvæ manipulum ſemis,
radicum aſparagi unciam unam,
glycyrrhizæ uncias duas.

Macerentur in libris tribus aquæ fontanæ ſimpli cis & digerantur loco calido per noctem. Mane coquantur ad conſumtionem medietatis. Reſiduo expreſio, & ſecundum artem clarificato, adde ſacchari albi puri libram unam ſemis, & ad juſtam ſirupi conſiſtentiam coquendo reducatur.

## SIRUPUS CARDIACUS.

*Jungk. Corp. Pharm. pag. 973.*

℞. Vini generoſi libram unam,
aquæ roſarum uncias duas ſemis,
cinnamomi drachmam unam,
caryophillorum drachmam ſemis,
zingiberis ſcrupulum unum.

Deſtillentur per Mariæ balneum unciæ tres, reſiduum expreſſum colatumque coquatur cum ſacchari unciis ſex, ad tabulati conſiſtentiam, cui dein reddatur ſpirituoſum iſtud, quod deſtillatione fuit abſtractum, ſuperadditis
moſchi granis quatour,
ambræ granis duobus.

## SIRUPUS CERASORUM ACIDORUM.

℞. Succi ceraſorum acidorum, per reſidentiam defæcati, libram unam-
ſacchari albiſſimi libras duas.

Fiat ſirupus ad normam deſcripti ſirupi-berberum.

S.

## SIRUPUS DE CICHORIO CVM RHABARBARO.

*Junck. corp. Pharm. pag. 1027.*

℞. Succi cichorii rite deſpumati libras tres,
rhabarbari optimi unciam unam ſemis,
cinnamomi drachmam unam ſemis.

Macerentur per noctem loco calido, vaſe bene clauſo colaturæ expreſſæ adde ſacchari albiſſimi libras duas, coquantur ſecundum artem ad ſirupi conſiſtentiam.

## SIRUPUS CINNAMOMI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 5.*

℞. Cinnamomi optimi craſſiuſcule contuſi uncias quinque,
ponantur in cucurbitam vitream, adda nturque
aquæ cinnamomi optimæ cum vino deſtillatæ libræ duæ,
roſarum odoratiſſimæ unciæ duæ.

Stent in loco calido, bene obturato vaſe, nequid exſpiret, horis viginti quatuor, deinde filtretur, atque cum ſacchari albiſſimi clarificati, & ultra conſiſtentiam tabularum cocti, ſufficienti quantitate fiat ſirupus.

## SIRVPVS CORALLIORVM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 6.*

℞. Coralliorum rubicundiſſimorum & elegantiſſimorum libram ſemis,
ſucci berberum perfectæ maturitatis depurati, ut materiam ſuperemineat quatuor digitos, digerantur in vaporoſi balnei calore, vel alio moderato per triduum, vel quousque corallia bullulas omittunt, dein, quod diſſolutum eſt, per inclinationem ſeparetur, & recentem coralliis relictis ſuccum depuratum rurſus affundendo reiteretur, usque dum tota ſoluta videantnr. Pro hujus ſucci, corallinâ eſſentiâ impraegnati, libris duabus ſumatur.
ſacchari canti albi libra una,
& lenta in Mariæ balneo evaporatione redigantur in formam ſirupi,

 SIRU-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 116 sur 149

S.

## SIRUPUS CORTICUM AVRANTIORVM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 3.*

℞. Corticum aurantiorum recentium & extimorum uncias ſex,
vini albi generoſi libram unam.
Macerentur per viginti quatuor horas, in loco calido, bene obturato vaſe; poſtea vinum decantetur, filtretur, & cum ſacchari clarificati, ultra conſiſtentiam tabellarum coɕti, ſufficienti quantitate permiſcendo fiat ſirupus.

## SIRUPUS CORTICUM CITRI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 6.*

℞. Corticum citri recentium & extimorum uncias ſex,
granorum tinɕtiorum, ſeu chermes drachmas duas,
vini albi generoſi libram unam.
Macerentur loco calido, vaſe bene teɕto, per viginti quatuor horas, poſtea vinum decandetur, filtretur, atque cum ſacchari clarificati, ultra conſiſtentiam tabellarum coɕti, ſufficiente quantitate permiſceatur, & fiat ſirupus.

## SIRUPUS DOMESTICUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 40.*

℞, Baccarum furticis illius, quem ſpinam cervinam vocant, circa finem Septembris, aut Oɕtobris initio colleɕtarum, quantitatem ſufficientem; prius calefaɕtæ contundantur in pila lapidea dein exprimantur & colentur, ſuccus expreſſus coquatur lento igne, donec quarta pars abſumatur, in hujus colati libris duabus
ſachari unciæ ſedecim
ſolvantur, clarificentur & coquantur, donec ſirupi bene coɕti conſiſtentiam acquirant, abjiciendo in fine
aniſi,
maſtiges ana drachmas tres,
zingiberis,
cinnamomi,
caryophillorum ana drachmam unam ſemis,
Fiat ſirupus.

S.

## SIRUPUS EMETICUS ANGELI SALÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 41.*

℞. Vitri antimonii ſubtiliſſime pulveriſati unciam unam,
cinnamomi eleɕti,
zedoariæ,
ſeminis angelicæ ana drachmas duas.
ſantali rubri unciam ſemis,
croci Orientalis drachmam ſemis,
aceti roſati uncias viginti.
Infundantur omnia in balneo Mariæ per viginti quatuor horas, poſtea filtrentur per chartam bibulam, & cum ſachari clarificati, ultra conſiſtentiam tabularum coɕti, ſuficiente quantitate miſcendo fiat ſirupus,

## SIRUPUS DE ERYSIMO LOBELII.

*Junck. corp. Pharm. pag. 7.*

℞. Eryſimi totius recentis manipulos ſex,
radicis helenii,
tuſſilaginis ana uncias duas,
herbæ boraginis,
cichorii,
capillorum Veneris ana manipulum unum ſemis,
florum cordialium.
anthos,
ſtœchados ana manipulum ſemis,
ſeminis aniſi drachmas ſex,
paſſularum mundatarum uncias duas,
inciſa & contuſa coquantur in
aquæ hordei,
hydromelitis ana libris quatuor,
ſucci Irionis unciis ſex,
ad remanentiam librarum trium, in expreſſo liquore diſſolvantur
ſacchari albi libræ duæ,
fiat lege artis ſirupus.

SIRU-

S.

## SIRUPUS FARFARÆ EX SUCCO.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 7.

℞. Succi farfaræ depurati libras tres,
ſacchari clarificati libram unam ſemis,
decoquantur in ſirupum.

## SIRUPUS FRAGORUM.

℞. Succi fragorum depurati libram unam,
ſacchari clarificati libras duas,
Fiat lege artis ſirupus, ad normam ſirupi berberum.

## SIRUPUS GLYCYRRHIZÆ MESUE.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 7.

℞. Glycyrrhizæ uncias duas,
capillorum Veneris unciam unam,
hyſſopi unciam ſemis,
aquæ libras quatuor.
Species prædictæ in aqua, prius fervefacta, horis viginti quatuor macerentur, deinde decoquantur ad dimidias, colaturæ addendo
mellis deſpumati uncias octo,
ſacchari albi uncias ſedecim,
aquæ roſarum uncias ſex.
Fiat ſirupus ſecundum artem.

## SIRUPUS GRANATORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 8.

℞. Succi granatorum acidodulcium depurati libras duas ſemis,
ſacchari albiſſimi libras quinque,
coquantur in ſirupum.

## SYRUPUS HYSSOPI.

*Pharm. Argent. pag.* 187.

℞. Foliorum hyſſopi manipulos ſex,
capillorum Veneris manipulum unum,
radicis helenii unciam unam,
apii unciam ſemis.
Coquantur in aquæ quantitate ſufficienti, ex colaturæ libris quatuor
ſacchari albi libris totidem
fiat lege artis ſirupus.

S.

## SIRUPUS MANNÆ LAXATIVUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 42.

℞. Specierum decocti florum & fructuum uncias duas,
florum quatuor cordialium ana pugillos duos,
foliorum ſennæ electorum uncias quatuor,
paſſularum minorum,
radicum polypodii ana uncias duas,
ſeminis aniſi,
fœniculi ana drachmas duas
galangæ,
macis,
zingiberis ana drachmam unam.
Coquantur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate, in colatura ſolvantur
mannæ Calabrinæ unciæ ſex,
ſacchari albi unciæ octodecim
Fiat ſecundum artem ſirupus.

## SIRUPUS MORORUM.

℞. Succi mororum maturorum, & nigrorum quaſi, bene depurati libram unam.
ſacchari albiſſimi libras duas.
Coquantur lento igne ad conſiſtentiam ſirupi, juxta modum ſupra præſcriptorum ſiruporum acidorum.

## SIRUPUS MYRTINUS COMPOSITUS MESUE.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 10.

℞. Baccarum myrti drachmas viginti,
roſarum rubrarum,
ſantali albi & rubri.
ſumach.
balauſtiorum,
berberum ana drachmas quindecim,
meſpilorum drachmas quinquaginta,
ſucci pomorum agreſtium,
cydoniorum ana libram ſemis.
Omnia cum aquæ fontanæ libris octo

S.

coquantur ad *medias*, colentur & cum ſacchari libris *tribus* fiat ſecundum artem ſirupus.

## SIRUPUS PAPAVERIS ALBI.

*Pharm. Argent. pag. 189.*

℞. Capitum papaveris albi cum ſeminibus uncias octo,
aquæ libras octo,
decoquantur ad dimidium cui decocto addantur
ſacchari albiſſimi libræ tres,
Fiat ſirupus.

## SIRUPUS PAPAVERIS ERRATICI.

*Pharm. Argent. pag. 189.*

℞. Infuſionis florum papaveris optimé ſaturatæ,
ſacchari albiſſimi ana partes æquales.
Fiat, lege artis, ſirupus.

## SIRUPUS PERSICORUM FLORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 42.*

℞. Florum perſicorum recentium libram unam,
contundantur & macerentur horis duodecim in libra una aquæ calentis, poſtea exprimantur, & in colatura depurata ſolvendo albi ſacchari clarificati, & ultra conſiſtentiam tabellarum cocti, ſufficientem quantitatem, fiat ſirupus.

## SIRUPUS POEONIÆ FLORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 10.*

℞. Pœoniæ florum recentium libras ſex, aquæ fontanæ puræ calentis quantum ſatis,
fiat infuſio per horas viginti quatuor, poſtea exprimantur & in mucharum redigantur.

℞. Colaturæ libræ quinque cum ſacchari albi libris duabus ſemis.
Coquantur, ſecundum artem, ad conſiſtentiam ſirupi.

S.

## SIRUPUS RIBIUM.

℞. Succi ribium depurati libram unam,
ſacchari albiſſimi libras duas.
Fiat, lege artis, ſirupus.

## SIRUPUS ROSATUS SOLUTIVUS AUREUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 43.*

℞. Florum roſarum incarnatarum nondum penitus apertarum, & mane ſereno cœlo collectarum, libras quatuor.
Infundantur in ſufficienti quantitate aquæ fontanæ calidæ per viginti quatuor horas, poſtea colentur & exprimantur. In colatura denuo roſarum eadem quantitas infundatur, idque tertia vice repetatur, tandem cum ſacchari albi libris quatuor coquantur ſecundum artem in ſirupum.

## SIRUPUS RUBI IDÆI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 12.*

℞. Succi baccarum rubi idæi depurati libram unam ſemis,
ſacchari albi libras tres.
Fiat, lege artis, ſirupus.

## SIRUPUS è SYMPHYTO FERNELII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 32.*

℞. Radicum & cymarum ſymphyti majoris manipulos ſex,
roſarum rubrarum,
betonicæ,
plantaginis,
pimpinellæ,
polygoni,
ſcabioſæ,
tuſſilaginis ana manipulos duos,
ex contuſis omnibus recentibus exprimatur ſuccus, coquaturque ad libras tres, addendo
ſacchari albi libras duas ſemis.
Fiat ex arte ſirupus.

SIRU-

S.

## SIRUPUS TUNICÆ FLORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 186.*

℞. Infuſi florum tunicæ ſaturati libram unam,
ſacchari libras duas.
Fiat, lege artis, ſirupus.

## SIRUPUS VIOLARUM FLORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 12.*

℞. Florum violarum Martialium libram unam, eos diligenter è caliculis excerptos, & à viridi caule repurgatos, in libra una ſemis aquæ per viginti quatuor horas infunde, poſtea cola & exprime, expreſſum cum ſacchari clarificati, ultra conſiſtentiam tabellarum cocti, ſufficienti quantitate fiat, lege artis, ſirupus.

# Solutionum Selectus.

## SOLUTIO CORALLIORUM.

Coralliorum rubrorum pulveri ſubtiliſſimo aceti ſpiritum ſatis acrem, & ſpiritus vitrioli philoſophici guttis non nullis acuatum, quantitate ſufficienti affunde, eaque ſic ſoluta, & aceto per chartam emporeticam colato, pro ſolutione ſerva.

## SOLUTIO MATRIS PERLARUM.

Acetum vini fortiſſimum ſuperfunditur, & ſuper leni carbonum igne fit ſolutio, & per chartam bibulam colatio.

## SOLUTIO OCULORUM CANCRORUM.

Eodem paratur modo, quo prior.

# Specierum Selectus.

## SPECIES ANTINEPHRITICÆ FORESTI.

*Pharm. Argent. pag. 156.*

℞. Radicis liquiritiæ unciam unam ſemis

S.

petroſelini.
fœniculi ana uncias duas,
ireos Florentinæ unciam unam ſemis,
florum malvæ,
bismalvæ ana drachmas ſex,
ſeminum quatuor frigidorum majorum excorticatorum ana drachmas quinque
fœniculi,
ſaxifragiæ ana drachmas ſex,
cicerum rubrorum confractorum uncias ſex.
jujubarum,
ficuum ana numero triginta,
hordei mundati & prius loti uncias tres.
Inciſa & contuſa craſſiuſcule ſerventur ad uſum.

## SPECIES CARMINATIVÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 87.*

℞. Seminis aniſi,
dauci,
cumini,
carvi,
fœniculi ana drachm. tres,
glycyrrhizæ unciam ſemis,
florum chamæmeli manipulum ſemis,
paſſularum unciam unam ſemis,
Inciſa miſceantur.

## SPECIES CATAPLASMATICÆ SEU EMOLLIENTES.

*Diſp. Brand. pag. 163.*

℞. Radicum althææ uncias quatuor,
herbarum quinque emollientium ana manipulos ſex,
florum chamomillæ vulgaris manipulos novem,
ſeminum fœnugræci uncias tres,
lini uncias duas,
quatuor frigidorum majorum ana unciam ſemis.
Inciſa & conquaſſata miſce.

## SPECIES CEPHALICÆ PRO CUCUPHIS.

*Diſp. Brand. pag. 161.*

℞. Florum anthos,

Bb 2 cheiri

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 120 sur 149

S.

cheiri,
lavendulæ,
liliorum convallium,
ſalviæ,
ſtœchados Arabicæ ana drachmam unam,
foliorum roſarum rubrarum manipulos duos,
lauri,
majoranæ ana pugillos duos,
meliſſæ,
menthæ criſpæ,
roriſmarini,
ſerpilli cum floribus ana pugillum unum,
ſeminis coriandri præparati,
nigellæ ana ſcrupulum unum,
iridis Florentinæ,
ſuccini albi electi,
raſuræ ligni Rhodii ana drachmas duas,
cariophillorum,
cubebarum,
macis ana ſcrupulum unum,
nucis moſchatæ,
benzoes,
ſtoracis Calamitæ ana drachmam unam,
maſtiches,
olibani ana drachmam ſemis.

Miſce, fiat omnium pulvis groſſus, cui, pro renata, moſchus & ambra addi poſſunt.

## SPECIES PRO EPITHEMATE CORDIS ET PULSUUM.

*Pharm. Argent. pag. 161.*

℞. Herbæ anthos,
baſilici,
majoranæ,
meliſſæ,
florum cheiri,
tunicæ ana unciam ſemis,
lavendulæ,
roſarum,
aurantiorum ana drachmas ſex,

S.

macis,
nucis moſchatæ,
ligni aloës,
Rhodii ana drachmas duas,
cinamomi drachmas ſex,
corticum citri,
aurantiorum ana drachmas tres.

Inciſa & contuſa groſſo modo miſce.

## SPECIES FLORUM & FRUCTUUM.

*Diſp. Brand. pag. 163.*

℞. Radicum glycyrrhizæ drachmas duas,
herbæ capillorum Veneris,
lupuli,
endiviæ ana manipulum ſemis,
florum borraginis,
bugloſſi,
violarum,
roſarum ana drachmam unam,
ficuum pinguium numero quinque,
jujubarum,
prunorum Damaſcenorum,
ſebeſten ana numero viginti,
tamarindorum unciam unam.

Incidantur groſſo modo & miſceantur.

## SPECIES FUMALES CEPHALICÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 150.*

℞. Benzoës unciam unam ſemis,
ſtyracis Calamitæ,
ſuccini citrini,
maſtiches ana unciam unam,
olibani,
myrrhæ ana drachmas ſex,
ligni aloës,
caryophillorum ana drachmam unam ſemis.
florum roſarum rubrarum drachmas ſex,
lavendulæ,
corticis citri ſicci ana drachmas tres.

Contundantur craſſiusculé & miſceantur.

SPE-

S.

## SPECIES IMPERATORIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 118.*

℞. Cinnamomi optimi drachmas decem,
zingiberis unciam unam,
caryophyllorum unciam ſemis,
galangæ,
macis,
nucis moſchatæ ana drachmas duas.
Miſce, ſi completæ deſiderantur, addi poteſt moſchi optimi ſcrupulus ſemis.

## SPECIES LIGNORUM.

*Pharm. Argentor. pag. 156.*

℞. Ligni ſancti,
ſaſſafras ana uncias duas,
radicis polypodii,
ſarſæparillæ,
chinæ,
liquiritiæ ana unciam ſemis.
Inciſa miſce.

## SPECIES PECTORALES.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 88.*

℞. Paſſularum minorum mundatarum unciam unam,
ſebeſten,
jujubarum ana numero quindecim,
dactylorum numero ſex,
caricarum pinguium numero quatuor,
hordei mundi unciam unam,
glycyrrhizæ unciam ſemis,
capillorum Veneris manipulum ſemis,
hyſſopi drachmas duas.
Incidantur & miſceantur.

## SPECIES PRO DECOCTO COMMUNI

*Pharm. Argent. pag. 165.*

℞. Siliquæ dulcis uncias tres,
radicis liquiritiæ,
polypodii ana uncias quatuor,
florum violarum,
borraginis ana unciam unam,
cornu cervi uſti libram ſemis
ſeminis fœniculi,
coriandri ana unciam ſemis.
Inciſa miſceantur.

Nota: Reliquas, ſub ſpecierum & ſpecificorum nomine notas compoſitiones, reperies in claſſe pulverum formam ſuſtinent & hinc rectius ſub iisdem comprehenduntur; cum contra, quæ ſpecies proprie appellantur, ingredientia ſua craſſiuſcule conciſa & contuſa habeant.

*Sperma ceti ſiccum,*
*liquidum.*

## SPERNIOLA CROLLII.

*Diſp. Argent. pag. 255.*

℞. Myrrhæ electæ,
thuris maſculi ana uncias duas,
camphoræ drachmas tres,
croci drachmam ſemis.
Tere omnia & miſce pulverem hunc imbibe aqua ſtillatitia ſpermatis ranarum vigeſies vel trigeſies, ita tamen, ut ſemper ſponte ſiccetur.

*Spica Celtica,*
*Indica.*

# Spirituum Selectus.

## SPIRITUS ANISI.

℞. Seminis aniſi contuſi libram ſemis,
Spiritus vini libras tres,
macerentur per octiduum, & lege artis ſpiritus eliciatur.

## SPIRITUS ANTHOS,

Flores roriſmarini recenter collecti macerentur, & lege artis deſtillentur cum ſufficiente quantitate ſpiritus vini.

## SPIRITUS APERITIVUS PENOTI.

*Diſp. Brandenb. pag. 178.*

℞. Vitrioli Hungarici calcinati libras quatuor,

 fili-

S.

ſilicum calcinatorum libras duas,
tartari albi ſolutione & cryſtalliſatione depurati libram unam ſemis.

Subtiliſſime pulveriſata & mixta cellæ humidæ exponantur, ut paululum deliqueſcant, tum ex arena per alembicum deſtillentur, ac ſpiritus inde ſtillans ter ſuper reſiduo cohobetur, tandem omne per retortam igne aperto, gradatim adhibito, ſecundum artem proliciatur. E capite mortuo ſal eliquetur cui ſpiritum junge ac quatuordecim dies digerre; demum igne rurſus aperto omnes ſpiritus revoca, & rectificatos ſerva.

## SPIRITUS APOPLECTICUS

*Jungk. corp. Pharm. pag. 913.*

℞. Radicum valerianæ,
pœoniæ,
vincetoxici ana unciam unam,
herbæ meliſſæ,
majoranæ,
roriſmarini ana manipulum unum ſemis,
florum tiliæ manipulos tres,
anthos,
lavendulæ,
ſpicæ,
ſalviæ,
primulæ veris,
pœoniæ,
betonicæ ana manipulum ſemis,
cinnamomi uncias quatuor,
zedoariæ uncias duas,
macis,
cubebarum ana drachmam unam,
cardamomi unciam ſemis,
croci Orientalis drachmas duas,
caryophyllorum drachmam ſemis,

incisa & contuſa craſſo modo infundantur in ſpiritus liliorum convallium libris duabus,
aquæ cinamomi libra una,
apoplecticæ libra ſemis,
vini generoſi quantum ſatis,

S.

Per menſem in vaſe, bene obturato, ſtent, poſtea per Mariæ balneum, impoſitis roſtro alembici ambræ & moſchi granis aliquot, goſſypio in volutis, fiat igne lento deſtillatio.

## SPIRITUS AURANTIORUM CORTICUM.

Flavedo corticum exterior per aliquot dies in ſpiritu vini maceretur, deinde leni igne fiat deſtillatio, cujus ſpiritus prolubitu, iisdem corticibus recentibus injectis, tingi poteſt.

## SPIRITUS BEZOARDICUS BUSSII.

℞. Spiritus cornu cervi rectificati uncias tres,
ſalis volatilis ejusdem unciam ſemis,
ſuccini drachmam unam ſemis,
tincturæ croci,
olei juniperi,
fœniculi,
ſuccini albi ana drachmam unam,
pulveris olibani,
maſtiches ana drachmam ſemis,
ſpiritus vini rectificati uncias decem.

Miſce, digere & deſtilla per alembicum, ſpiritum prolectum rectifica, & obtinebis virtutis non cotemnendæ medicamentum.

## SPIRITUS CARMINATIVUS SYLVII.

℞. Radicis angelicæ drachmam unam,
imperatoriæ,
galangæ ana drachmam unam ſemis,
foliorum roriſmarini,
majoranæ,
rutæ hortenſis,
baſiliconis,
ſummitatum centaurii minoris ana manipulum ſemis,
baccarum lauri drachmas tres, ſemi-

S.

ſeminis angelicæ,
leviſtici,
aniſi ana unciam ſemis,
zingiberis,
nucis moſchatæ,
maceris ana drachmam unam ſemis
cinnamomi drachmas ſex,
caryophyllorum,
corticum aurantiorum ana drachmam unam,
conciſis & contuſis affunde
vini Hiſpanici uncias quadraginta.

Digerantur per biduum in Mariæ balneo, hinc ad ſiccitatem deſtillentur. Quicquid aſcenderit, magmati iterum affundatur, per biduum digeratur, mox tres partes quartæ deſtillentur, & ſpiritus egreſſus ſervetur.

## SPIRITUS CARMINATIVUS DE TRIBUS.

*Diſp. Brand. pag. 179.*

℞. Nitri
tartari ana libras duas,
cinerum clavellatorum libram unam.

Miſce, & per retortam tubulatam, adaptato recipiente capaci, cui ſpiritus vini rectificati libræ duæ inſint, pauxillum ſucceſive ingerendo, circumſpecte deſtilla, tandemque ſuper capite mortuo rectifica.

## SPIRITUS CERASORUM NIGRORUM.

*Diſp. Brand. pag. 180.*

℞. Ceraſorum nigrorum maturorum quantum vis,
contundantur una cum nucleis, & doliolo querno, aut vaſi terreo vitreato, ad id accommodo ſatisque capaci indita loco tepido, pauxillo fæcum vini, aut cereviſiæ albæ addito, ſtent, donec fermentando acidiuſculum, aut vinoſum ſpirare cœperint odorem, tum è veſica cum refrigeratorio lege artis deſtilentur, ſpiritus inde natus è cucubita vitrea balneo maris rectificetur.

S.

## SPIRITUS CINNAMOMI.

℞. Cinnamomi acuti quantum vis. Groſſo modo contuſum maceretur in ſpiritu vini bonæ notæ, addito pauxllio ſalis tartari, deſtillatio lege artis inſtituatur.

## SPIRITUS CITRI CORTICUM.

Ad normam ſpiritus corticum aurantiorum, ſuperius deſcripti, conficitur.

## SPIRITUS COCHLEARIÆ.

*Diſp. Brandeb. pag. 180.*

℞. Herbæ cochleariæ florentis quantum vis,
contunde ac veſicæ impoſitæ affunde ſucci cochleariæ recens expreſſi quantum ſufficit, juncturis, accommodato refrigeratorio, ac recipiente commodo, probe clauſis ac munitis, deſtilla igne moderato ſpiritum, quem recenti herbæ rurſus affuſum ſemel iterumque deſtilla, rectifica, ac probe obturatum ſerva.

## SPIRITUS CORNU CERVI RECTIFICATUS.

Uno eodemque labore, quo ſal volatile cornu cervi, obtinetur, ſpiritus ſeorſim colligendus & rectificandus eſt.

## SPIRITUS FORMICARUM.

Colligantur menſe Junio aut Julio formicæ in ollam, in qua fruſtrum caſei repoſitum eſt; ſufficienti earundem copiæ collectæ ſuperfundatur ſpiritus vini, ad trium digitorum eminentiam, ac deſtilletur.

## SPIRITUS FRAGORUM CUM SPIRITU VINI.

Fragis maturis ſuperfundatur ſpiritus vini? ſufficienter invicem digeſta lege artis deſtillentur.

## SPIRITUS FULIGINIS.

*Diſp. Brand. pag. 152.*

℞. Fuliginis ligni querni nigerrimæ com-



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 124 sur 149

S. S.

compactæ & ſplendentis quantum vis,
Imple retortæ terreæ, optime loricatæ, tertiam partem recipiente applicato capaciſſimo & juncturis optime clauſis, igne aperto, initio leni, poſtea gradatim aucto deſtilla. Spiritum prolectum cum ſale volatili acoleo è recipiente effuſum, ab oleo chartâ cibula madida ſepara, ac lege artis rectifica.

## SPIRITUS JUNIPERI.

*Diſp. Brand. pag. 183.*

℞. Baccarum juniperi recentium bene maturatarum quantum placet.
Conquaſſatis in vaſe querno aut terreo vitreato, affundatur modicum aquæ tepidæ, ut probe madeſcant, & pultis liquidiuſculæ conſiſtentiam acquirant, ac addito pauxillo fæcum vini aut ſaltem cereviſiæ, ad fermentantum diſponantur, quâ rite peractâ, ubi acidum, aut vinoſum odorem ſpirare occipiunt, deſtilla, ut ſupra de ſpiritu ceraſorum nigrorum indicarum, & rectifica.

## SPIRITUS LAVENDULÆ

℞. florum lavendulæ cum foliolis quatum vis.
Contuſis vini ad eminentiam trium digitorum, digeſtione per triduum finita, fiat lege artis per alembicum deſtillatio.

## SPIRITUS LILIORUM CONVALLIUM.

Eadem methodo, quà præcedens ſpiritus prolectus fuit, & hic elicitur.

## SPIRITUS LUMPRICORUM VINOSUS.

℞. Lumbricorum terreſtrium, ſtupâ depuratorum, aut lotorum, quantum ſufficit.
Super funde ſpiritum vini rectificatum ad trium digitorum eminentiam, digere quatriduum, vaſe bene obturato, tandem ex arena, juncturis exacte clauſis, deſtilla, ſpiritum ita deſtillatum aliis lumbricis rurſus affunde, digere ac denuo ex arena, igne moderato, revoca.

## SPIRITUS LUMBRICORM VOLATILIS.

Ex collectis & mundatis lumbricis elicitur ſpiritus, ad normam ſpiritus formicarum volatilis.

## SPIRITUS LUMBRICORUM COMPOSITUS.

*Diſp. Brand. pag. 183.*

℞. Lumbricorum terreſtrium, per ſtupam depuratorum, quantum placet.
Miſce cum medulla panis triticei quantum ſufficit, affunde ſpiritus vini rectificati quantum ſatis, digerantur aliquandiu & colentur, idque ter repete, huic infuſioni tandem addantur recentes lumbrici depurati qantitate ſufficiente, hisque
radicum angelicæ,
iridis,
ariſtolochiæ rotundæ ana unciam unam,
herbæ chamædryos,
chamæpyteos,
meliſſæ ana manipulum unum,
florum anthos,
ſalviæ
tililæ,
primulæ veris,
liliorum convallium ana manipulum ſemis,
croci Auſtriaci dragmam unam.
In pulverem prius redactis affunde prædictum ſpiritum infuſum & colatum, ſtent per unum alterumve diem, in digeſtione caloris Blandi, cum organis vitreis, ut artis eſt, deſtilla, deſtillatum commode ſerva.

## SPIRITUS MASTICHINUS.

*Diſp. Brand. pag. 184.*

℞. Maſtiches electæ tenuiſſime tritæ libram ſemis,
ſpiritus vini rectificati quantum ſuffi-

S.

ſufficit ad eminentiam duorum digitorum, digere octiduum, vaſe bene clauſo, poſtea è maris balneo deſtilla, juncturis optime munitis.

## SPIRITUS MATRICALIS MINOR.

℞. Maſtiches,
myrrhæ,
thuris,
ſuccini ana partes æquales,
ſpiritus vini quantum ſufficit.
Deſtilla & ſerva.

## SPIRITUS MATRICALIS MAJOR.

*Diſp. Brand. pag. 184.*

℞. Cinnamomi acerrimi,
nucis moſchatæ,
zingiberis,
macis,
caryophyllorum,
granorum paradiſi,
cubebarum,
cardamomi ana unciam unam ſemis,
piperis longi unciam ſemis,
galangæ,
zedoariæ ana unciam unam,
foliorum ſalviæ minoris,
menthæ criſpæ,
fœniculi,
meliſſæ ana manipulum unum,
Pulveriſanda pulveriſentur, ſingula ſeorſim, cum mixtis omnibus affunde ſpiritus vini generoſi menſuras tres, digerantur vaſe optime clauſo aliquandiu, tum lege artis deſtillentur, ac vel ſeorſim ſerventur, ſub titulo ſupra ſcripto. Vel ſi camphoratum volueris, roſtra alembici camphora, quantum placet, cum paucis granis chermes, nodulo incluſis inde, ſic inter deſtillandum camphoram abſorbebit ſpiritus, ac à granis chermes gratum ruborem induet, hacque ratione ſpiritus matricalis camphorati titulum merebitur, ſine camphora autem maxime cum aqua vitæ mulierum affinitate pollet.

S.

## SPIRITUS MELISSÆ.

Paratur, ut ſpiritus lavendulæ.

## SPIRITUS MELLIS.

*Pharm. Argent. pag. 171.*

℞. Mellis puri libras duas,
arenæ mundæ libram unam,
Miſceantur, & ex retorta, arenæ igne, per gradus fiat deſtillatio; liquor prolectus ab oleo ſeparetur, atque in arena rectificetur, phlegmate prius prodeunte, & dein ſpiritu ſubſequente.

## SPIRITVS MENTHÆ.

Cum ſpiritu vini, ad normam aliorum ſpirituum vegetabilium, conficitur.

## SPIRITUS NASTURTII.

Ad modum ſpiritus cochleariæ eliciendus eſt.

## SPIRITUS NITRI ACIDUS.

*Diſp. Brand. pag. 184.*

℞. Nitri puriſſimi libram unam,
laterum pulveriſatorum libras duas,
Pulveriſata miſce exacte & è retorta lapidea aut vitrea probe loricata, igne gradatim adminiſtrato, in receptaculum valde capax, cui paululum aquæ ſimplicis inſit, deſtillentur, ut artis eſt, donec rubor omnis ceſſet, ac ſpiritus reſederint, quos refrigeratis omnimode vaſis exime, ac ex arena rectifica.

## SPIRITUS NITRI ANTICOLICUS.

*Diſp. Brand. pag. 184.*

℞. Spiritus nitri rectificati libram ſemis,
carminativi Sylvii libram unam
eſſentiæ carminativæ uncias duas.
Miſceantur ac digerantur, ac è retorta vitrea terno cohobio, ut probe uniantur, evocentur.

## SPIRITUS NITRI DULCIS.

*Diſp. Brand. pag. 185.*

℞. Spiritus nitri dephlgemati libram ſemis,



vini

vini rectificati libras duas.
Mixta digerantur triduum, poſtea deſtillentur ac cohobentur retorta vitrea ter, ut optime uniantur, ſpiritusque nitri miteſcat.

## SPIRITUS ROSARUM CUM VINI SPIRITU.

Pari ratione, ut ſpiritus lavendulæ, deſtillatio peragitur.

## SPIRITUS ROSARUM SINE SPIRITU VINI.

℞. Florum roſarum fragrantium quantum vis.
Affuſa ſufficiente quantitate aquæ fontanæ, & abdito fermento, fiat deſtillatio per veſicam, deſtillatum ſpiritum novis roſis fermentatis aliquoties affundendo & deſtillando, donec ſatis fortem ſpiritum habueris.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI ANISATUS.

*Diſp. Brand. pag. 185.*

℞. Spiritus ſalis ammoniaci rectificati uncias ſex,
ſpiritus vini aniſati rectificatiſſimi libram unam,
olei deſtillati aniſi drachmas duas.
Mixta digerantur in phiola optime obturata per octiduum, poſtea è cucurbita, igne arenæ, deſtillentur.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI AROMATICUS DECKERI.

*Jungk. Corp. Pharm. pag. 930.*

℞. Salis ammoniaci triti & cibrati,
tartari pulveriſati ana libram ſemis,
ſolve ſal armoniacum in ſpiritus vini unciis octo,
ſal tartari in vini generoſi libra una.
Soluta miſceantur indanturque cucurbitæ, quibus ſequens pulvis groſſus addendus:
Radicis angelicæ uncia ſemis,
foliorum menthæ criſpæ,
majoranæ ana drachmæ tres,
ſeminis fæniculi,
baccarum juniperi ana uncia una,
cinnamomi acuti uncia ſemis,
nucis moſchatæ,
croci Orientalis,
origani Cretici ana drachmæ duæ,
ſpicæ nardi,
cardamomi majoris ana drachma una.
Deſtillentur per alembicum, ex arena, leni calore, donec omne ſal coagulatum fuerit ſolutum.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI SIMPLEX.

℞. Salis tartari optime depurati & coagulati,
ammoniaci in pulverem redacti, ana libram unam.
Sal tartari indatur cucurbitæ vitreæ, eique ſal ammoniacum, aquâ fontanâ puriſſima ſolutum, ac per emporeticam duplicem colatum affundatur moxque impoſito alembico, ac adaptato excipulo, juncturis debite munitis, ex arena, igne moderato, deſtilletur. Reſiduum ad ſiccitatem evaporatum ſal præbet medicamentum aperitivum, & antifebrile Sylvii, haud contemnendi uſus.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI SUCCINATUS.

Paratur, ſpiritus ſalis ammoniaci vinoſi, (de quo mox) libræ uni, *olei ſtillatitii* ſuccini unciam ſemis jugendo, per quatriduum digerendo, rurſusque deſtillando.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI VINOSUS.

Acquiritur, ſi ſpiritui ſalis ammoniaci in recipiente ſpiritus vini proportionatam quantitatem adjeceris, & ſpiritum inde natum duplicatum ſimul è cucurbita, igne arenæ, rectificaveris.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI URINOSUS.

Loco ſalis tartari eligitur calcis vivæ recenter

S.

center calcinatæ ſufficiens quantitas & deſtillatio adminiſtratur, ſicut ſuperius indicatum fuit.

## SPIRITUS SALIS COMMUNIS ACIDUS.

℞. Salis communis decrepitati libras duas,
terræ figulinæ libras ſex.

Miſceantur exacte, & cum aqua globuli ex'in formentur, qui exſiccati retortæ, luto obductæ, indantur, tertiam ejus partem vacuam relinquendo, poſtea igne gradatim adhibito, in vas recipiens amplum deſtillatio inſtituatur, quousque nulli amplius ſpiritus ſub nebularum forma comparentes egrediantur, liquor deſtillatus rectificetur.

## SPIRITUS SALIS COMMUNIS DULCIS.

℞. Spiritus ſalis rectificati libram unam,
vini rectificati libras tres.

Digerantur & circulentur in vaſe commodo per octiduum, poſtea retorta vitrea, ex arena, igne gradatim ſuppeditato, evocentur, ac ſemel iterumque, pro arctiori unione, cohobentur.

## SPITUS SAMBUCI FLORUM.

Ad normam ſpiritus roſarum deſtillatur.

## SPIRITUS SERPILLI.

Paratur ad modum ſpirus meliſſæ, menthæ &c.

## SPIRITUS STOMACHICUS OLEOSUS.

*Diſp. Brand. pag.* 158.

Perinde fit olea ſtiliatitia ſtomachica, verbi gratia:
calami aromatici,
caryophyllorum,
menthæ,
nucis moſchatæ,
zedoariæ,

S.

exquiſita ſpiritui ſalis ammonia ci vinoſo proportione jungendo, & per digeſtionem & deſtillationem uniendo.

Quæ infra ad *Spiritum volatilem oleoſum Sylvii* annotavimus, hûc etiam trahi poſſunt.

## SPIRITUS SULPHURIS PER CAMPANAM.

*Pharm. Argent. pag.* 175.

Ponatur tempore pluvioſo ſub campana vitrea (cujus etiam interior pars aqua humectari poteſt, pro faciliori ſpirituum in liquorem reſolutione) vas aliquod terreum cum ſulphure, quod accendatur, ita vero vas illud ſubjectum ad campanam applicetur, ut fumi egredientes flammam non ſuffocent, ſed libere aſcendentes in liquorem coagulentur, qui in vitro vel patina ſuppoſita colligatur.

## SPIRITUS TARTARI SIMPLEX.

*Diſp. Brand. pag.* 187.

℞. Tartari qualiscunque ſolutione, colatura & coagulatione depurati quantum vis, imple illo tertiam retortæ lapideæ partem, ac ex arena in recipientem ſatis capacem probe adaptatum ac lutatum gradatim aucto igne, ſpiritus omnes una cum oleo fœtido deſtilla, ſpiritum ab oleo charta emporetica duplicata humectata ſepara, ac utrumque, illum per ſe è cucurbita, hoc à capite mortuo calcinato rectifica. Sal tartari in reſiduo, à rectificatione olei rurſus calcinato, quære, &, ut artiseſt, ſolvendo elue, coagula & depura.

## SPIRITUS TEREBINTHINÆ.

*Diſp. Brandeb. pag.* 187.

℞. Terebinthinæ depuratæ claræ quantum placet.

Affuſſo in veſica cuprea, aut cucurbita vitrea, humili, aquæ limpidæ triplo, deſtilla igne initio moderato, phlegmatis aciduli parum, mox oleum album, quod

 ſpi-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 128 sur 149

S. S.

ſpiritus nomine venit, ſeorſim excipiendum, cui ſuccedit continuato parumque aucto igne flavum, tandemque auctiori rubrum, demum rectificandum.

## SPIRITUS THERIACALIS CAMPHORATUS

℞. Theriacæ Andromachi uncias decem,
croci Orientalis unciam unam,
myrrhæ rubræ uncias quinque,
ſpiritus vini rectificatiſſimi libras duas.

Stent vaſe exacte clauſo, loco depido, per triduum, tum è cucurbita, impoſita alembico camphoræ uncia ſemis, juncturis ſolicite clauſis ac munitis, è balneo maris, calore ſucceſſive aucto, deſtillentur ſpiritus omnes.

Nota: Camphora pro lubitu omitti poteſt.

## SPIRITUS TRIFOLII FIBRINI.

Eodem modo parari poteſt, quo ſpiritus cochleariæ evocatus fuit.

## SPIRITUS VINI SIMPLEX.

Eligendus eſt ex optimo vino, vel ſaltem è fæcibus vini Hungarici, deſtillatus,

## SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

℞. Spiritus vini optime rectificati libram unam,
camphoræ unciam unam ſemis.

Stent in digeſtione paucarum horarum ſpatio, atque ſic â ſoluta camphora ſpiritum vini imprægnatum habebis.

## SPIRITUS VINI RECTIFICATUS.

℞. Spiritus vini quantum vis.

Infunde eum cucurbitæ longioris colli, ac optime adaptato alembico cum recipiente, ducturisque ſolicite lutatis, medietatem ejus leniſſimo balnei calore evoca, & probe obturato vitro, ſerva. Quod ſi hujus denuo mediam partem, balnei roridi calore leniſſimo abſtraxeris, phlegmate omni liberatum alcohol vini audit.

## SPIRITUS VINI TARTARISATUS.

℞. Spiritus vini optime rectificati libras duas,
ſalis tartari probe depurati & ſiccati uncias quatuor.

Miſce, & è cucurbita vitrea, juncturis exacte munitis, igne arenæ moderato deſtilla.

## SPIRITUS VITRIOLI SIMPLEX.

E calcinati ad rubedinem usque vitrioli quantitate ſufficienti, e retorta vitrea optime lutata, recipiente capaciſſimo munita, cui tertia forte pars ponderis vitrioli, ad hoc opus aſſumti, inſit aquæ ſimplicis, commiſſuris exactiſſime clauſis, igne aperto, primum leni, phlegmatis parum deſtilla, tum aucto gradatim ac ſucceſſive igni urge, ac ad candorem usque retortæ ſummum perge, quo intenſiſſimo ignis gradu continua diesque noctesque, donec omnes nebulæ ſimulque ſpiritus ceſſent; tum recipientem, candente adhuc retorta, caute ſepara, ocyſſime obtura, ſpiritus prolectos in maris balneo dephlegma, tandem è retorta vitrea ex arena, aut balneo ſicco, rectifica.

## SPIRITUS VITRIOLI PHLOSOPHICUS.

*Diſp. Brand. pag. 189.*

℞. Aquam à præcipitatione & edulcoratione mercurii vitæ redundantem, bibulâ colatam, infunde retortæ vitreæ, ac balnei ſicci calore leniſſimo primum phlegma omne ſuperfluum evapora, donec guſtu perceperis ſpiritum ſatis acrem linguam tentantem, tunc admoto ac adapto recipiente, & lutatis juncturis, igne pedentim aucto, omnem ſpiritum ad ſiccitatem usque evoca.

SPI-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 129 sur 149

S.

## SPIRITUS VOLATILIS OLEOSUS SYLVII.

*Diſp. Brand. pag.* 158.

℞. Salis tartari optime depurati uncias ſex,
olei ſtillatitii aniſi,
caryophyllorum,
cinnamomi ana drachmam ſemis,
macis ſcrupulum unum,
zedoariæ,
ſuccini ana ſcrupulum ſemis.

Digerantur loco calido in cucurbita optime alembico cæco clauſa, per biduum aut triduum, tum hoc remoto, & affuſa prius ſpiritus vini communis libra una ſemis, addatur ſalis ammoniaci puriſſimi probe contriti libra ſemis ac impoſito dextre alembico roſtrato, juncturis exacte & ſolicite munitis, media pars circiter ſpiritus deſtillando, blando arenæ calore eliciatur, ac vitro exacte obturato ſervetur.

Nota: licet ab auctore ipſo, & aliis, *ſal volatile oleoſum* nuncupetur, attamen, quia non ſicca, ſed humida forma comparet, merito ſpiritibus compoſitis accenſetur.

## SPIRITUS URINÆ.

*Pharm. Argent. pag.* 177.

℞. Urinam hominis ſani maſculi quantum vis.

Stet in vaſe tereo per dies viginti, donec fœtere incipiat. Quod clarum eſt, à fœcibus decanta & impone in cucurbitam magnam cum alembico, & in vas recipiens amplius deſtilla ex arena, lento igne ad me dietatem. Cave ab igne fortiori, ne in ſpumas agitata maſſa alembicum tranſcendat, ſi forte fortuna contigerit, ignis amovetur & alembicus, mox ſedatur tumultus. Deſtillatum ſecunda vice rectificatur per cohobia à capite mortuo, eo gradu ignis, ne alembicus incaleſcat. Tranſit ſpiritus, & ſal in alembico concreſcit. Si calor intendatur liqueſcit ſal & reliquum cum ſpiritu miſcendum, qua encheiriſi etiam ſal alias in auras evaporabile ſervatur.

S.

***Spodium præparatum,***
vid. ebur.

***Spongia ſtrumalis,***
***combuſta.***

In mundo fictili vaſe, calore ſatis congruo, fruſta comburuntur, & pro deſiderio pulveriſantur.

***Stannum Anglicum,***

***Stincus marinus,***

***Succus berberum,***
***chermes,***
***citri,***
***glycyrrhizæ,***
***hypociſtidis,***
***rubi idæi.***

Succos enumeratos exprimenti, depurandi, ſicque vel fluidos conſervandi, vel ſine corruptione, aut empyrevmate, ad idoneam conſiſtentiam inſpiſſandi negotium, cum ad encheiriſin nulli pharmacopœorum ignotam tantumſpectet, idcirco circumſpectioni ipſorum merito relinquimus,

***Sulphur auratum antimonii,***
vid. antimonium.

***Sulphur caballinum,***
***citrinum,***
***vivum.***

***Sumitates abietis,***
***betulæ,***
***juniperi,***
***pini,***
***ſambuci,***

S.

## SUPPOSITOR. ALUMIS.

Fruſta oblonga aluminis rediguntur in formam conicam, foliis oleo liliorum alborum prius inunctis involvenda, & ad uſum aſſervanda.

## SUPPOSITORIUM COMPOSITUM.

*Diſp. Brand. pag.* 190

℞ Specierum hieræ picræ unciam ſemis,
pulveris colocynthidos drachmam unam,
muſcerdarum drahmam ſemis,
vitelli numero unum,
ſalis ſcrupulum unum,
mellis unciam unam.

Miſce, redigantur ad conſiſtentiam juſtam, & fiant pro exigentia ſuppoſitoria proportionata.

## SUPPOSITORIUM MELLIS.

Ex mellis, vitelli & ſalis quantitate ſufficiente, ut artis eſt, parandum, & cum pulveris aloës, rutæ ac cumini ana quantum ſatis, pro re nata, acuendum.

T.

## TABACUM STERNUTATORIUM CUM FLORIBUS.

℞. Tabaci granulati libras octo,
balſami Peruviani uncias duas,
olei caryophyllorum,
ligni Rhodii ana drachmas tres,
anthos,
citri,
thymi ana drachmam unam ſemis,
cinnamomi ſcrupulos duos,
moſchi optimi,
zibethi veri ana drachmam unam,

deinde adde:

florum cyani
roſarum ana libram unam,
calendulæ uncias quinque,
ligni rhodii libram ſemis,
ſandali citrini,
radicis ireos Florentinæ ana uncias quatuor.

Miſce, fiat, lege artis pulvis groſſus.

## *Tabacum Hiſpanicum Imperiale.*

Horum præparatio equidem non incognita eſt, quoniam autem minori ſumtu, atque hic loci elaborari poſſent, aliunde accerſuntur, & ubivis proſtant, longiori deſcriptioni immorari noluimus.

## TABACUM STERNUTATORIUM VIRIDE HAMBURG.

℞. Herbæ majoranæ,
betonicæ ana uncias quatuor,
radicis ireos Florentinæ unciam unam ſemis,
cubebarum,
caryophyllorum,
florum lavendulæ ana unciam unam

Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus, cui adde,
moſchi optimi grana decem,
balſami apoplectici grana quindecim,
olei ligni Rhodii drachmam ſemis,
caryophylorum,
lavendulæ ana drachmam ſemis,
jasmini drachmas tres.

Miſce fiat pulvis viridis.

## *Talcum,*

## *Tali leporum,*

## *Tamarindi,*

## *Tartarus crudus albus, ruber,*

Nota: hujus cryſtalli peculiarem deſcriptionem non merentur, ſed in cremoris præparatione acquiruntur, hinc vid. cremor tartari.

## TARTARUS EMETICUS WEDELII.

*Compend. Chim.* 144.

℞. Vitri antimonii communis,
cryſtal-

T.

cryſtallorum tartari ana unciam unam ſemis,

inditis in ollulam puram vitreatam affundatur aqua ſimplex fontana, ſtent per unum alterumque diem pro lubitu. Hinc leni carbonum igne coquantur, ad ebulliciones aliquotas, & ſufficientem ſolutionem tartari, unaque imprægnationem. Liquor calidiſſime filtretur in ollulam aliam puram, mediante cochleari ferreo per vices ingeſtus. Filtratus avaporetur eodem ſimili igne, ad tertias, vel paulo amplius, non ad ſiccitatem, (more ſalium cryſtalliſandorum) & reponatur, in cellam, ut ſenſim ſenſimque intra unum alterumque diem tartarus prius ſolutus in cryſtallos redeat, quæ eximantur, aquâ frigida eluantur & reponantur.

## TARTARUS TARTARISATUS.

*Pharm. Argent. pag.* 150.

℞. Cremoris, aut cryſtallorum tartari quantum placet,

diſſolvatur in aqua fervente aut bulliente, ſolutioni filtratæ, & ſuper ignem poſitæ, ſenſim inſtilletur oleum tartari per deliquium, donec non amplius in vicem efferveſcant, liquor denuo filtretur & evaporetur ad ſiccitatem.

## TARTARUS VITRIOLATUS.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 315.

℞. Olei tartari per deliquium ſoluti & purificati uncias quatuor,

huic ſpiritus vitrioli tantum guttatim inſtilletur, usque dum non amplius invicem efferveſcant, poſtea humiditate lento calore evocata, exſiccentur.

## TARTARUS VITRIOLATUS TACKENII.

℞. Cinerum clavellatorum,
vitrioli Hungarici ana libras duas.

Utrumque ſeparatim in aqua calida ſolvendum eſt; deinde ſolutiones ſucceſſive confunduntur, & quidem tam diu, donec non amplius efferveſcant, vel ſibilent. Reponantur commixti liquores ad ſubſidentiam, à qua limpidus humor decantetur, maſſæ vero ſubſidenti ſuperfunditur denuo aqua calida & ſpatulâ circum agitatur, poſt ſubſidentiam rurſus limpidior humor decantandus, atque hoc modo omnis ſalſedo extrahenda eſt. Poſtea lege artis in vaſe vitreo humores evaporandi ultra dimidiam partem, & reponendi in locum frigidum ad cryſtalliſationem. Cryſtallis ſupernatans humor rurſus evaporandus & ad cryſtalliſandum reponendus; quo labore continuandum, & cryſtalli probe exſiccandæ ſunt.

T.

*Terra Catechu,*
*Lemnia,*
*Melitenſis,*
*ſigillata alba,*
*rubra,*
*Strigenſis,*
*Turcica,*
*Tripolitana,*

Nota: Nonnullæ ex his recenſitis terris dapurantur, lavantur, & ſub præparatorum nominibus diſpenſantur.

*Terebinthina communis,*
*cocta,*
*Veneta,*
*Theriaca,* vid. electuaria.

## TINCTURARUM SELECTUS.

## TINCTURA ALOES.

℞. Aloës ſocotrinæ uncias duas,
ſpiritus vini tartariſati libram ſemis,

ſtent in leni digeſtione ad ſufficientem extractionem, fiat colatura.



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 132 sur 149

T. T.

## TINCTURA ANTIMONII SIMPLEX.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 289.*

℞. Salis tartari libram unam,
antimonii electi libram ſemis,
pulveriſata & mixta fluant in crucibulo, valido igne, per horam, poſtea ad eundem modum, quo tinctura tartari parari paulo poſt monſtrabitur, cum ſpiritu vini fiat extractio, & liquoris tincti ad tertiæ partis remanentiam decantatio.

## TINCTURA ANTIMONII MARTIALIS REGULINA.

℞. Reguli antimonii *Martialis* libras duas,
nitri puriſſimi libram unam,
pulveriſata & mixta indantur crucibulo ſatis capaci & tecto: fiat in igne fuſionis liquefactio materiæ commixtæ, baculo ferreo bis vel ter circumagendæ, rurſusque operculo tegendæ; peractâ fuſione crucibulum eximatur, atque, dum adhuc calet, confringatur; materia, hepatis formam præ ſe ferens, in mortario calefacto illico contundatur, vitroque digeſtorio itidem calefacto immittatur, ſpiritusque vini tartariſatus ſuperfundatur, atque ſic ope ignis digeſtorii tinctura rubicunda extrahatur.

## TINCTURA BALSAMI INDICI ALBI.

*Pharm. Argent. pag. 193.*

℞. Balſami Indici albi unciam unam,
ſalis tartari drachmas duas,
ſpiritus vini rectificatiſſimi uncias ſex,
Balſamum cum ſale probe uniatur, ſenſimque vini ſpiritus affundatur, & ſic debita adhibita digeſtione eliciatur eſſentia, vel tinctura.

## TINCTURA BELLIDIS FLORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 289.*

℞. Florum bellidis hortenſis colore rubro à capitulis ſuis decerptorum & exſiccatorum manipulum unum,
ſpiritus vitrioli drachmam unam,
aquæ florum bellidis uncias quatuor,
ſtent indigeſtione per diem & noctem, poſtea exprimantur & filtrentur.

## TINCTURA BEZOARDICA MICHAELIS.

℞. Radicis zedoariæ uncias duas,
angelicæ,
pimpinellæ,
valerianæ veræ,
vincetoxici,
calami aromatici ana unciam unam,
coſti electi,
corticum citri exteriorum recentium,
baccarum juniperi ana uncias duas,
myrrhæ uncias tres,
herbæ ſcordii manipulos tres,
meliſſæ,
mellefollii,
rutæ ana manipulum unum,
camphoræ unciam unam,
theriacæ optimæ libram unam ſemis,
ſpiritus vini boni menſuras duas.
Poſt octiduanam digeſtionem abſtrahantur in arena ſpiritus libræ duæ; his adde:
Spiritus tartari genuini libram unam ſemis,
vitrioli quantum ſatis pro acidulo ſapore,
Miſceantur & tingantur cum fructu ſolani quadrifolii, quod vulgo herba paris dicitur, ac filtrantur.

## TINCTURA BEZOARDICA WEDELII.

*Amœn. mater. med. pag. 328.*

℞. Radicum zedoariæ,
gentianæ veræ,
angelicæ,
anthoræ,
contrayervæ,
carlinæ,

biſtor-

T.

biſtortæ,
dictamni albi,
tormentillæ,
ſcorzoneræ Italicæ
montanæ,
vincetoxici,
ölsnitii ana unciam unam,
florum galegæ,
ulmariæ,
calendulæ,
ſcabioſæ,
rutæ ana unciam ſemis,
ſeminum fraxini,
cardui benedicti,
aquilegiæ,
rutæ ana drachmas duas,
baccarum paridis unciam unam ſemis,
cubebarum,
granorum Chermes,
Opobalſami ana unciam ſemis,
corticum citri drachmas ſex,
camphoræ,
myrrhæ electæ ana unciam unam,
croci drachmam unam.

Conciſis, contuſis groſſo modo, affundatur ſpiritus ſambuci citratus ſufficienti quantitate, cum per aliquot dies ſteterit in leni digeſtione, addatur:
ſpiritus ſalis ſtriati unciæ duæ,
ſandali rubri uncia una ſemis.
Tinctura ſaturata exprimatur, & decantetur.

## TINCTURA CORALLIORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 290.

℞. Spiritum mellis funde ſuper fragmenta coralliorum rubicundiſſima pulveriſata, digerendo extrahe toties tincturam, donec corpus album & quaſi mortuum remanſerit. Omnes extractiones mixtas lento igne Coagula, reſiduumque denuo rectificatiſſimo vini ſpiritu extrahe & filtre.

## TINCTURA CROCI.

℞. Croci Auſtriaci unciam unam.
Superfunde ſpiritum vini rectificatiſſimum ad eminentiam duorum vel trium digitorum, digere & filtra.

T.

## TINCTURA EPILEPTICA.

*Diſp. Brandenb. pag.* 212.

℞. Salis volatilis ſuccini,
cranii humani ana ſcrupulum unum,
caſtorei drachmas duas.
Infunde in ſufficiente quantitate ſpiritus liliorum convalium & ceraſorum nigrorum optimi, digerantur & circulentur, donec fiat tinctura.

## TINCTURA EPILEPTICA ALIA.

℞. Baccarum juniperi recentium adhuc viridium libram unam.
Contuſis ſuperfunde ſpiritum vini rectificatum ad eminentiam trium digitorum, & digere per duos vel tres dies; poſtea flat deſtillatio ſuper alembicum, ad duas tertias partes circiter. Spiritui huic immitte camphoræ unciam unam, quâ ſolutâ, baccæ chermes ſelectæ ad rubicundam tincturam extrahendam, addantur.

## TINCTURA HYPERICI FLORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 290.

℞. Summitatum hyperici florentis inciſarum quantum vis.
Macera per octiduum in ſpiritus vini rectificati ſufficiente quantitate, in loco tepido, poſtea filtrentur, & accipies tincturam rubicundiſſimam inſtar rubini, ſaccharo edulcorandam.

## TINCTURA LACCÆ GINGIVALIS LENTILII.

℞. Gummi laccæ non adeo ſubtiliter pulveriſatæ unciam ſemis,
aluminis uſti drachmas duas,
ſuperfunde
ſpiritus vini ſuper cineres clavellatos rectificati libram ſemis,
ſalis ammoniaci per eosdem cineres more Clauderiano parati

 coch-

T. T.

cochleariæ fermentaritii ana uncias tres.

Stent in digeſtione leni calore ad extractionem tincturæ rubicundiſſimæ, quæ filtrata ſervetur uſui.

## TINCTURA MARTIS APERITIVA LUDOVICI.

*Diſp. Brand. pag. 219.*

℞. Vitrioli Martis,
tartari depurati ana libram ſemis.

Coquantur in aquæ ſimplicis libris ſex, agitando continue, donec ad conſiſtentiam mellis excalet, huic magmati affunde ſpiritus vini communis libras ſex, filtra, &, ſi vis, libram unam ſpiritus affuſi balneo maris abſtrahe, aut abſque abſtractione, pro lubitu, papaveris erratici eſſentiâ ulterius tingendam acquires eſſentiam, in affectibus hypochondriacis & aliis plurimis plane egregiam.

## TINCTURA MARTIS ADSTRINGENS ZWOELFFERI.

*Junck. corp. Pharm. pag. 1053.*

℞. Limaturæ chalybis puræ quantum placet, quæ vitro largo immiſſa humectetur cum ſpiritu Veneris, iterumque exſiccetur, idque bis terve repetatur, donec limatura in crocum veluti converſa ſit, cui inpulverem redactæ ſuper affunde eundem ſpiritum Veneris ad ſupereminentiam quatuor circiter digitorum transverſorum, qui prævia digeſtione rubicundiſſimo imbuetur colore, tinctus ſpiritus effundendus, aliusque ſuperaffundendus eſt, donec nulla rubedo in extractione amplius appareat Tincturæ omnes collectæ & fitratæ per arenam in alembico vitreo abſtrahantur ad craſſitiem competentem, quæ porro cum ſpiritu vini extrahenda, filtranda, & ad oleoſitatem, vel liquorem rubicundiſſimum, per deſtillationem, vel abſtractionem reducenda eſt.

## TINCTURA MARTIS COERULEA ETTNERI.

℞. Limaturæ Martis puriſſimæ,
Salis ammoniaci ana quantum vis.

Probe mixta deſtillentur, & ſi flores aſcendere incipiunt, deſiſtatur á deſtillatione. Maſſa vero relicta ſtet adhuc per tempus ſupra fornacem hypocauſti calidi, ut hoc fotu magis magisque aperiatur limatura martis. Tunc adde ſalis tartari, vel cinerum clavellatorum ana, & inde deſtilletur ſpiritus ammoniacus, qui concentratus eſſe debet. Ex remanentia vero ſal elixivietur, & mediante evaporatione redigatur in cryſtallos, quibus ſi affunditur ſpiritus prolectus, ſtatim inde emergit tinctura illa martis cœrulea, ab aliis tantopere laudata.

## TINCTURA MARTIS CYDONIATA WEDELII.

*Comp. Chim. pag. 167.*

℞. Limaturæ Martis libras duas, affundatur ſucci cydoniorum, prævio tritu vel raſurâ expreſſi, & per ſubſidentiam atque filtrationem depurati quantum ſatis, ut emineat ad ſex vel octo digitos. Fit id ipſum in vitro capaciori, ſubinde baculo ligneo agitando. Stent eo usque in leni digeſtione, donec ſufficienter tinctura nigricans fuerit evocata. Hinc pro renata vel ſibi relictæ, vel aliquandum etiam abſtracto, vel evaporato humido, affundatur ſpiritus cochleariæ ſubtriplum circiter, factâ iterum motitatione, Hæc enim tum ante extractionem tincturæ, tum poſt illam grumos præcavet, qui ſi appareant, etiam pituitoſi quaſi, aufferri etiam poſſunt, Tinctura ita parata ſervetur ad uſum.

## TINCTURA MARTIS HELLEBORATA WEDELII.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 197.*

℞. Limaturæ Martis,
tartari depurati ana unciam unam,

radi-

T.

radicis hellebori nigri unciam ſemis,
cinamomi electi drachmas duas.

Affunde aquæ fontanæ quantitatem ſufficientem, ſtent per aliquot dies in vitro bene recto, coquantur in lebete ferreo & ſpatula ferrea agitando, donec liquor ſit ferraginei coloris, poſtea ab igne removeantur, & ſtent, ad ſpontaneam fæcum ſubſidentiam; liquor clarus decantetur & filtretur, lenique igne inſpiſſetur, donec ſaturate fuſcus, vel niger color in guttis obſervetur. Poſtea removeatur ab igne, & cum triplo ſpiritus vini miſceatur, ubi aliqua præcipitatio obſervabitur, ut eo durabilior ſit.

## TINCTURA MARTIS POMATA WEDELII.

Loco ſucci expreſſi cydoniorum recipe ſuccum pomorum Borsdorffianorum, & in præparatione eandem encheiriſin adhibe, quam in elaboratione tincturæ martis cydoniatæ docuimus.

## TINCTURA NEPHRITICA AMELUNGII.

*Spin. Lex. Pharm. pag. 1092.*

℞. Nitri puriſſimi,
tartari albi puriſſimi,
mineræ antimonii,
ſilicum præparatorum ana libram unam,
ſalis armoniaci uncias duas,
roris majalis quantum ſatis.

Stet per menſes tres, ut probe fermentetur & exſiccetur materia, tunc maſſam hanc deſtilla per retortam tubulatam, per vices eam injiciendo, ſic prodit liquor tinctus, odorem ſpiritus ſalis armoniaci referens.

## TINCTURA PAPAVERIS ERRATICI.

Extrahitur ad modum tincturæ florum bellidis, cum ſufficienti quantitate aquæ florum papaveris rhœados.

T.

## TINCTURA PROPRIETATIS MYNSICHTI.

*Armam. pag. 47.*

℞. Spiritus vini aniſati uncias ſedecim,
elixirii proprietatis unciam unam,
confectionis Alkermes unciam ſemis,
florum tunicæ rubrorum drachmam unam.

Stent in digeſtione, donec perfecte tingantur, poſtea ſpiritum tinctum & filtratum ſacchari candi albi ſufficienti quantitate adulcora, & ad uſum ſerva.

## TINCTURA RHABARBARI.

*Diſp. Brand. pag. 220.*

℞. Pulveris rhabarbari optimi unciam unam,
ſalis tartari drachmas tres,
aquæ cichorii,
cinnamomi bugloſſatæ ana uncias ſex,

infuſa ſtent loco calido per horas viginti quatuor, poſtea per bibulam colentur.

## TINCTURA ROSARUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 291.*

℞. Roſarum rubrarum exſiccatarum unciam ſemis.
aquæ fontanæ libram unam,
ſpiritus vitrioli boni drachmam ſemis,

Stent in balneo Mariæ tepido per horas quatuor, poſtmodum in colature rubicundiſſima diſſolvantur ſacchari albi unciæ tres, & per chartam bibulam trajiciantur.

## TINCTURA TARTARI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 291.*

℞. Salis tartari depurati quantum vis.

Funde illud in valido crucibulo, igne intenſo, inque fluore tamdiu conſerva, donec in colorem è rubro cœruleum tranſierit; effuſum in mortarium ferreum calefactum pulveriſetur, & mox in



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 136 sur 149

T. T.

in phiolam itidem prius calefactam indito, ſuperfunde ſpiritum vini rectificatiſſimum ad eminentiam trium digitorum, digerantur per aliquot dies in arena, interdum agitando, donec ſpiritus vini rubicundo colore tingatur, quo decantato novum denuo affunde, quamdiu opus fuerit. Ultimo liquores tinctos filtra, & ad tertiæ partis remanentiam abſtrahe, quam ad uſum ſerva. Abſtractus autem ſpiritus pro ſpiritu vini tartariſato inſervire poteſt.

## TINCTURA TERRÆ CATECHU.

*Diſp. Brand. pag.* 215.

E pulvere ſubtiliſſimo terræ, quæ dicitur, Japonicæ, ſpiritu vini tartariſato, parti uni pulveris extrahendi reſpectu, quatuor partes primum affundendo, digerendo ac decantando, tum rurſus tres affundendo ac digerendo, donec colore ſufficient imbuatur, demum tincturas extractas conjungendo ac filtrando, aut etiam ſi non ſatis ſaturata, partem menſtrui rurſus abſtrahendo, parari ſolet.

## TRAGEA AROMATICA.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 122.

℞. Cinnamomi acutiſſimi drachmas ſex,
nucis moſchatæ drachmam unam,
macis drachmam ſemis,
galangæ,
caryophyllorum ana drachmam unam ſemis,
zingiberis albi ſcrupulos quatuor,
ſeminis coriandri drachmam ſemis,
florum roſarum rubrarum ſcrupulos duos,
ſacchari albi libras duas.
Miſce, fiat tragea tenuis.

## TRAGEA GROSSA.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 122.

℞. Confectionum ſeminis aniſi,
fœniculi,
coriandri,
carvi ana drachmas ſex,
aquilegiæ,
crucæ ana drachmas quinque,
cubebarum drachmas tres,
tabularum aromatici roſati drachmes ſex
contra apoplexiam drachmas quinque,
de extracto ligni aloës unciam ſemis,
ex oleo cinnamomi drachmas ſex,
caryophyllorum drachmas tres,
aniſi.
fœniculi ana drachmas duas ſemis,
corticum citri conditorum ſiccorum unciam unam,
nucis moſchatæ Luſitanicæ majoris conditæ ſiccæ,
ſpecierum Imperatoris ana unciam ſemis.
Craſſiuſcule contuſa & conciſa miſceantur.

## *Tribuli aquatici.*

## TROCHISCORUM SELECTUS.

## TROCHISCI ALHANDALI.

*Pharm. Aug. Ren pag.* 137.

℞. Tragacanthi,
gummi Arabici,
bdellii ana drachmas duas.
Macerentur in aqua roſacea, donec liqueſcant, & cum majori parte hujus mucilaginis pulpæ colocynthidis à ſeminibus mundatæ, ac minutim inciſæ unciæ decem imbuantur, ſiccentur, pulveriſentur, & tandem cum reliqua mucilagine formantur trochiſci.

## TROCHISCI ALKERMES COMPLETI,

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 138.

℞. Confectionis Alkermes completæ unciam unam ſemis,
laccæ

T.

laccæ Florentinæ ſcrupulos quatuor,
ambræ
moſchi ana ſcrupulum ſemis,
ſacchari albi uncias ſedecim,
mucilaginis tragacanthi, cum aqua roſarum factæ, quantum ſatis.
Fiant trochiſci.

## TROCHISCI ALKERMES INCOMPLETI.

E confectione incompleta, cum proportionata ſacchari & mucilaginis tragacanthi quantitate, lege artis, trochiſci formentur.

## TROCHISCI ANTHELMINTICI SIVE HERMETICI.

*Pharm. Argent. pag. 203.*

℞. Mercurii dulcis unciam ſemis,
cornu cervi philoſophici ſcrupulos duos,
cinnamomi acuti ſcrupulum unum,
diagrydii ſulphurati ſcrupulos duos, ſemis,
ſacchari albi unciam unam,
conſervæ roſarum rubrarum drachmas duas.
Cum mucilagine tragacanthi in aqua roſarum ſoluti, fiant trochiſci numero ſexaginta quatuor.

## TROCHISCI BECCHICI ALBI.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 138.*

℞. Sacchari albiſſimi libram unam, uncias octo,
ireos unciam unam ſemis,
amyli uncias duas ſemis,
mucilaginis tragacanthi albiſſimi, cum aqua roſarum factæ, quantum ſatis.
Formentur trochiſci parvi.

## TROCHISCI BECCHICI CITRINI.

*Pharm. Argent. pag. 202.*

℞. Sacchari albi libram unam,

T.

radicis ireos Florentinæ,
liquiritiæ ana unciam unam,
croci ſcrupulos duos.
Cum ſufficiente quantitate mucilaginis tragacanthi fiant, lege artis, trochiſci.

## TROCHISCI BECCHICI NIGRI.

*Diſp. Brand. pag. 225.*

℞. Pulveris radicis ireos Florentinæ uncias tres
liquiritiæ,
ſeminis aniſi,
fæniculi ana uncias quinque,
ſtoracis Calamitæ depuratæ drachmas duas,
ſucci liquiritiæ, in aqua hyſſopi ſoluti, uncias quatuor,
ſacchari puriſſimi,
mucilaginis tragacanthi, aqua roſarum ſoluti, ana quantum ſufficit.
Miſce, fiant ex arte trochiſci.

## TROCHISCI CATECHU, SIVE MUSCERDÆ.

*Pharm. Argentor. pag. 204.*

℞. Terræ Catechu unciam unam,
ſacchari canti albi uncias duas,
ambræ gryſeæ,
moſchi orientalis ana ſcrupulum ſemis.
Cum mucilagine tragacanthi fiant trochiſci, inſtar muſcerdarum.

## TROCHISCI DE CHARABE MESUE.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 139.*

℞. Charabe drachmas ſex,
cornu cervi uſti,
gummi Arabici,
corallii rubri,
tragacanthi,
ſucci acaciæ,
hypociſtidis,
balauſtiorum,
maſtiches,
laccæ,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 138 sur 149

T.

papaveris nigri ana drachmas duas,
thuris,
croci,
opii ana drachmam unam, grana quindecim,
mucilaginis pſyllii quantum ſatis.
Formentur trochiſci.

## TROCHISCI FUMALES.

*Diſp. Argent. pag. 203.*

℞. Styracis Calamitæ uncias quatuor,
benzoës uncias octo,
caryophyllorum unciam ſemis,
cinnamomi drachmas duas,
florum roſarum rubrarum unciam ſemis,
ſacchari libram unam ſemis.

Cum mucilagine tragacanthi fiant trochiſci.

## TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ.

*Diſp. Brand. pag. 226.*

℞. Ambræ gryſeæ drachmas tres,
ligni aloës drachmas quinque,
moſchi drachmam unam,
mucilaginis gummi tragacanthi, aqua roſarum fragrantiſſima extractæ, quantum ſufficit.

Miſce, fiant, lege artis, trochiſci.

## TROCHISCI GLYCYRRHIZÆ HISPANICÆ.

Ex ſucco glycyrrhizæ parantur, cui variæ pro lubitu figuræ imprimuntur.

## TROCHISCI EX GLYCYRRHIZÆ SUCCO CORRECTO.

*Diſp. Brand. pag. 228.*

℞. Succi liquiritiæ libram unam,
lactis ſulphuris uncias quatuor,
opii citrati drachmas tres,
ſalis tartari drachmas quinque.

Miſce, fiant, lege artis, trochiſci.

Nota: opium citratum fiat, opio depurato ante omnimodam inſpiſſationem ſucci citri congruam quantitatem addendo.

T.

## SIEF ALBUM CUM & SINE OPIO.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 149.*

℞. Gummi Arabici,
tragacanthi,
amyli ana unciam ſemis,
ceruſſæ lotæ drachmas ſex,
ſarcocollæ nutritæ drachmas tres,

Cum albumine ovi fiat ſief. Paratur etiam cum opii drachma una.

Nota: cum ex reliquis compoſitionibus, quæ antiqua & barbara voce, ſief, audiunt, hanc unicam ſelegimus, non propriam claſſem ipſi conſtituere, ſed inter trochiſcos locum aſſignare placuit, cum quibus eadem præparatione gaudet.

## TURPETHUM MINERALE.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 324.*

℞. Mercurii ſublimati quantum vis, ſolve illum in aqua pluviali calida, ſolutioni filtratæ guttatim affunde tantum olei ſalis tartari, per deliquium facti, quantum ſufficit ad pulveris flavo-rubentis præcipitationem, quem edulcoratum exſicca.

## *Tutia Alexandrina, præparata.*

Aliquoties, vel ad minimum ter in crucibulo candefiat, deinde ſingulis vicibus in aqua exſtinguatur, tum demum trita in marmore lævigetur.

V.

*Vainiglia,*

*Vinum cydoniorum,*
*granatorum.*

Adæquata proportio eſt, ut ad libram unam ſacchari recipiantur unciæ tres ſucci utriuslibet, &, lege artis, liquor inde emergat, qui communiter vinum appellatur.

*Viperæ*

V.

*Viperæ Italicæ exſiccatæ, noſtrates,*
*Viride æris, vel ærugo,*
*Viſcum corylinum, quercinum,*
*Vitriolum album nativum, commune, Cyprium, Hungaricum.*

VITRIOLUM MARTIS.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 315.*

℞. Limaturæ Martis quantum libet, cui ſuperfundatur ſpiritus vitrioli cum tripla aquæ fontanæ quantitate dilutus, ut aliquot digitos ſupereemineat; digerantur in loco calido, usque dum effervefcere deſinant, liquor filtratus ultra dimidium, vel quousque in ſummitate pelliculam contrahat, exhalet, ſic in frigido concreſcent cryſtalli viridiuſculæ, quæ exſiccentur, remanens vero liquor ulterius, pro vitriolo exin colligendo, debite exhalet.

VITRIOLUM VENERIS LEMERY.

*Spina. Lexicon. pag 1132.*

Solve cupri in parva fruſta ſecti uncias duas in ſpiritus nitri unciis ſex, effunde ſolutionem in cucurbitam vitream, & evapora, igne arenæ, quartam circiter humiditatis partem, reſiduum repone in humiditatis partem, reſiduum repone in cellam, aliumve frigidum locum, in quo per ſex horas circiter quieſcere permitte, fient inde cryſtalli cæruleæ, duas ſeparabis, perge in evaporando ac cryſtalliſando, quousque totum extraxeris, exſicca has cryſtallos, easque in phiola probe obturata ſerva.

VITRIOLUM VOMITIVUM, SIVE GILLA THEOPHRASTI.

*Pharm. Argent. pag. 259.*

℞. Vitrioli albi quantum placet, diſſolve in aquæ quantitate ſufficiente, ſolutionem filtra & evapora usque ad pelliculæ apparentiam, repone dein in locum frigidum ad cryſtalliſandum.

V.

*Vitrum antimonii hyacinthinum.*
vid. antimonium.
*Umbilci marini,*

UNGVENTORUM SELECTUS.

UNGVENTUM ÆGYPTIACUM.

*Diſp. Brand. pag. 231.*

℞. Æruginis drachmas ſex,
mellis puri uncias duas,
aceti vini acerrimi unciam unam.

Ærugo ſimplici aceto diluatur, ac per ſetaceum colata mellique permixta, igne ad ungventi molliuſculi, colore purpureo ſe commendantis, conſiſtentiam coquatur.

UNGVENTUM ALABASTRINUM.

*Pharm. Aug. Ren pag. 200.*

℞. Florum & herbarum chamæmeli,
rutæ ana manipulos duos,
roſarum,
betonicæ ana manipulum unum,
radicis althææ uncias duas,
olei roſati libram unam ſemis.

Contundantur, & ad aquea humiditatis exhalationem coquantur, poſtea colentur & exprimantur. Ex colatura cum alabaſtri puri & pulveriſati unciis tribus, & ceræ albæ ſufficienti quantitate, fiat ungventum.

UNGVENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 201.*

℞. Olei roſati,
ceruſſæ ana libram unam,
ceræ albæ uncias tres,

 albumi-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 140 sur 149

albuminum ovorum numero ſex,
camphoræ dilutæ cum ſpiritu roſarum drachmas duas.
Fiat ungventum ſecundum artem.

## UNGUENTUM ALBUM SIMPLX.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 200.*

℞. Lithargyrii albi loti unciam ſemis,
ceruſſæ lotæ drachmas viginti,
ceræ albæ drachmas viginti octo,
olei roſati uncias octo,
albuminum ovorum numero quatuor.

Ceræ in oleo roſato liquatæ injice ceruſſam & lithargyrium probe contrita, miſce, ac poſtremo adde albumina ovorum.

## UNGUENTUM ALTHÆÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 201.*

℞. Radicum althææ libram unam,
ſeminis lini,
fœnugræci ana libram ſemis,
butyri libras quatuor,
ceræ libram unam.
terebinthinæ uncias duas,
reſinæ uncias ſex.

Radices & ſemina contuſa macerentur in aquæ ſufficienti quantitate, deinde coquantur, donec emittant craſſam & viſcoſam mucilaginem, quæ exprimatur, & tum

℞. Expreſſæ mucilaginis libras duas,
coque cum butyro, &, cum aquoſum illud in mucilagine conſumtum fuerit, ceram cum reſina liquatam & colatam, hisque, ab igne depoſitis terebinthinam addito, & ſecundum artem ungventum parato.

## UNGUENTUM AMBUSTORUM.

*Diſp. Brand. pag. 233.*

℞. Corticum medianorum ſucculentorum ſambuci
tiliæ ana manipulum unum,
ſucci plantaginis recenter expreſſi unciam unam,
ſempervivi unciam ſemis,
olei lini recens expreſſi uncias ſex,
bulliant leni inge ad conſumtionem humiditatis, oleo colato miſceantur exacte in mortario plumbeo
ceruſſæ Venetæ minutiſſime tritæ, ac aqua roſarum lotæ,
ſevi cervini ana uncia una,
ſacchari drachmæ duæ,
olei ovorum recens parati uncia ſemis.
Fiat ſecundum artem ungventum.

## UNGUENTVM ANODYNUM.

*Diſp. Brand. pag. 233.*

℞. Florum recentium chamomillæ libras duas,
malvæ,
meliloti,
verbaſci,
foliorum recentium anethi,
hyoſcyami ana unciam ſemis,
radicum althææ recentium uncias duas,
ſeminis fœnugræci,
lini ana drachmas tres,
herbæ, radices & ſemina probe contuſa una cum floribus macerentur in
vini Rhenani libra ſemis,
olei cheirini libra una,
liliorum alborum libra ſemis,
amygdalorum uncia una,
per diem & noctem, poſtea leni igne coquantur ad humiditatis omnis conſumtionem, colaturæ colliqua
ceræ flavæ recentis uncias quatuor, aut quantum ſufficit.
Fiat ſic, lege artis, ungventum.

## UNGUENTUM APOSTOLORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 202.*

℞. Terebinthinæ,
reſinæ,
ceræ albæ,

ammo-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 141 sur 149

V. V.

ammoniaci præparati ana drachmas quatuordecim,
ariſtolochiæ longæ,
thuris maſculi,
bdellii ana drachmas ſex,
myrrhæ,
galbani præparati ana drachmas quatuor,
opopanacis præparati,
æruginis ana drachmas duas
lithargyrii drachmas novem,
olei communis libras tres.

Oleum cum lithargyrio ſufficienter coquatur lento igne, poſtea immiſceatur cera cum reſina liquefacta & colata, atque his ab igne remotis & nonnihil refrigeratis ammoniacum, galbanum & opopanax cum terebinthina ſoluta, ac tandem reliqua in pulverem contrita.

## UNGUENTUM AUREUM.

*Diſp. Brand. pag. 234.*

℞. Olei communis libras duas, ſemis,
ceræ citrinæ libram ſemis,
terebinthinæ uncias duas,
colophonii,
reſinæ pini ana unciam ſemis,
maſtiches,
thuris elicti ana unciam unam,
croci optimi drachmam unam,

Oleo ceram, terebinthinam, colophonium ac reſinam coliqua, deferventibus adde pulveres ſubtiliſſime tritos maſtiches ac thuris, ſub finem crocum inſperge, ac omnibus exacte juxta artem mixtis, fac ungventum juſtæ conſiſtentiæ,

## UNGUENTUM BASILICUM.

*Diſp. Brandeb. pag. 234.*

℞. Ceræ flavæ uncias duas,
croci ſcrupulos duos,
maſtiches,
myrrhæ,
picis navalis,
ſevi vaccini,
thuris ana drachmas duas,
reſinæ pini,
terebinthinæ claræ ana unciam ſemis,
olei communis uncias tres.

Thus, myrrha, maſtiche & crocus pulveriſata ſubtiliſſime cæteris ex arte liquatis paulatim inſpergantur, ac exacte miſceantur, ut fiat unguentum.

## UNGUENTUM CALENDULÆ FLORUM.

℞. Florum calendulæ recentur collectorum quantum vis, vel manipulos duos,
butyri recentis non ſaliti libram unam.

Inciſi flores coquantur cum butyro ad ad juſtam conſiſtentiam, & per acta colatione, color unguento redditur flavus,

## UNGUENTUM CARMINATIVUM.

*Diſp. Brand. pag. 235.*

℞. Baccarum lauri unciam ſemis,
florum recentium chamomillæ manipulos duos,
meliloti,
ſummitatum recentium abrotani,
hederæ terreſtris,
menthæ criſpæ,
tanaceti ana manipulum unum,
ſeminis cumini,
leviſtici ana drachmas duas,

contuſa & conquaſſata omnia infundantur in
olei chamælini librâ una,
anethi
rutæ ana uncia ſemis,
adipis porcini recentis libra una,

macerentur per dies quatuordecim, dein leniter ebulliant ad humiditatis conſumtionem, colaturæ expreſſæ adde
ceræ citrinæ uncias duas,
ſtyracis liquidæ drachmas ſex,
olei deſtillati aniſi,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 142 sur 149

V.

carvi,
menthæ ana drachmam unam.
Miſce, lege artis, pro unguento.

## UNGVENTUM CLYSMATICUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 213.*

℞. Parietariæ,
malvæ,
mercurialis,
betæ ana manipulos tres,
foliorum althææ,
violariæ,
florum chamæmeli,
meliloti omnium recentium
ana manipulum unum
ſemis,
coqua cum libra una ſemis butyri recentis, non ſaliti donec vireſcat, addendo colaturæ.
olei amygdalórum dulcium uncias
octo,
Miſce, fiat ungventum.

## UNGVENTUM COMITISSÆ.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 213.*

℞. Corticum mediorum glandium,
caſtanearum,
quercus arboris,
baccarum myrti,
equiſeti,
gallarum,
corticum fabarum,
acinorum uvarum,
calicum glandium,
ſorborum immaturorum ſiccorum,
meſpillorum acerborum ſiccatorum,
foliorum capparis,
pruni ſylveſtris,
radicis tormentillæ ana unciam unam ſemis.
Contundantur aliquantulum & coquantur in aquæ ſimplicis ſufficiente quantitate donec media pars conſumta fuerit. colatura ulterius coquatur cum
olei myrtillorum libra una ſemis,

V.

ad humiditatis aquoſæ conſumtionem, poſtea in ea diſſolvantur
ceræ novæ unciæ octo, ſemis,
ab igne depoſidis addatur
olei maſtichini libra una, ſemis,
atque inſpergatur ſequentium rerum tenuiſſimus pulvis:

℞. Corticum midiorum caſtanearum,
glandium,
quercus arboris ana unciam unam,
gallarum,
ſucci hypociſtidis,
cineris oſſium cruris bububli,
baccarum myrti,
acinorum uvarum,
ſorborum immaturorum ana unciam ſemis,
trochiſcorum de charabe uncias
duas.
Miſce, fiat unguentum.

## UNGUENTUM DIGESTIVUM SIMPLEX.

*Pharm. Aurgent. pag. 210.*

℞. Olei roſati,
terebinthinæ ana libram unam,
ceræ albæ libram dimidiam.
Laventur cum aqua plantaginis, & fiat ungventum: nempe liquefiat cera in oleo roſarum ad ignem, poſtea adjiciatur terebinthina, &, quando omnia refrigerata ſunt, laventur cum aqua plantaginis. Diutius hoc ſervari poteſt, quam illud, quod cum vitello ovi paratur.

## UNGVENTUM ENULATVM.

*Diſp. Brand. pag. 239.*

℞. Radicum enulæ recentium libram
unam,
pingvedinis porcinæ libram ſemis,
olei olivarum puriſſimi uncias
quatuor:
Piſtentur in mortario lapideo probe, tum igne ebulliant parum, ac fortiter expreſſa colentur, colaturæ expreſſæ adde
ceræ

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 143 sur 149

V.

ceræ flavæ,
terebinthinæ puræ ana uncias duas,
optime commixta fiant unguentum.

## UNGUENTUM FUSCUM COMMUNE.

*Diſp. Brand. pag. 239.*

℞. Olei communis libram unam, ſemis, in quo diſſolve ceræ flavæ recentis uncias quatuor,
colophonii,
picis navalis ana uncias duas,
maſtiches,
terebinthina ana unciam unam,
colentur, atque colaturæ aliquatenus refrigeratæ admiſce in vino diſſoluta, ſicque depurata, ac rurſus aliquousque inſpiſſata
gummi galbani,
ſagapeni,
thuris electi ſubtiliſſime triti ana unciam unam,
pulveris radicum ariſtolochiæ rotundæ unciam ſemis.
Miſce, fiat lege artis, unguentum.

## UNGUENTUM DE LINARIA.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 204.*

℞. Herbæ linariæ cum floribus,
pinguedinis porcinæ ana libram unam,
contundantur, coquantur ad humiditatis conſumtionem, & exprimantur.

## UNGUENTUM DE LITHARGYRIO.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 204.*

℞. Lithargyrii uncias duas,
ceruſſæ unciam ſemis,
aceti unciam unam,
olei roſati uncias duas ſemis.
Fiat ſecundnm artem unguentum, in mortario plumbeo optime agitatum.

## UNGUENTUM MAJORANÆ.

Paratur, ut unguentum calendulæ, in

V.

fine addendo aliquot guttas olei ejusdem deſtillati.

## UNGUENTUM DE MINIO CAMPHORATUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 218.*

℞. Olei roſati libram unam ſemis.
lithargyrii uncias duas,
minii uncias tres,
ceruſſæ unciam unam ſemis,
tutiæ præparatæ,
camphoræ ana drachmas tres,
ceræ albæ uncias duas,
Liquatam ceram cum oleo, lento igne, miſce in mortario plumbeo cum reliquis rebus tenuiſſime tritis,

## UNGUENTUM NERVINUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 205.*

℞. Herbarum ſalviæ,
chamæpyteos,
majoranæ,
roriſmarini,
menthæ,
rutæ,
lavendulæ,
hyperici,
paralyſeos cum flore,
florum chamæmeli,
meliloti,
ſummitarum anethi,
radicis pyrethri ana drachmas duas,
baccarum lauri,
juniperi ana unciam unam,
maſtiches unciam ſemis,
benzoes drachmas ſex,
terebinthinæ uncias quatuor,
olei lumbricorum,
vulpini,
anethini,
hyperici ana uncias tres,
terebinthinæ unciam unam,
pingvedinis humanæ,
cati ſylveſtris,
canis ana unciam ſemis.

 Tere-

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 144 sur 149

V. V.

Terebinthinæ cum oleis & pingvedinibus liquatæ reliqua in pulverem ſubtiliſſimum trita immiſceantur, & cum ceræ ſufficiente quantitate fiat ſecundum artem ungventum.

## UNGVENTUM NIHILI AD OCULOS.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 205.

℞. Tutiæ præparatæ,
nihili albi ana unciam unam,
coralliorum rubrorum præparatorum,
matris perlarum ana unciam ſemis,
camphoræ drahmam unam,
pinguedinis porcinæ mundatæ libram unam.

Fiat, lege artis, unguentum.

## UNGVENTUM PECTORALE.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 206.

℞. Olei amygdalorum dulcium uncias quatuor.
chamæmelini,
violati ana uncias tres,
buthyri recentis uncias ſex,
pinguedinis gallinæ,
anatis ana uncias duas,
ireos drachmas duas,
croci drachmam ſemis,
ceræ albæ uncias tres,

cera & pinguedine in oleis liquatis, poſtea addito ireos & croci pulvere, fiat, lege artis, unguentum.

## UNGUENTUM PEDICULORUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 206.

℞. Seminis ſtaphidis agriæ uncias duas,
hellebori albi unciam unam,
ſalis drachmas duas,
argenti vivi uncias duas,
pinguedinis porcinæ libram unam,
olei laurini uncias novem,
ſaponis Veneti libram ſemis.

Sapo in lixivio communi ſolutus cum oleo coquatur ad humiditatis aquoſæ conſumtionem, poſtea mercurius cum axungia ſubactus, & reliquorum pulvis commiſceatur, fiat unguentum juxta artem.

## VNGVENTVM POMATVM.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 206.

℞. Pingvedinis ſuillæ libras tres, ſemis,
ſtyracis calamitæ,
aſæ dulcis,
radicum ireos Florentinæ,
cinnamomi,
caryophyllorum ana unciam unam,
pomorum citri,
aurantiorum ana numero duo,
Borsdorfferianorum numero quatuor.

Omnia ſecundum artem ad humiditatis aqueæ conſumtionem coquantur, colentur, &, juncta ceræ albæ ſufficiente quantitate, fiat unguentum, cum ſpiritu roſarum aliquandiu agitandum.

## UNGVENTUM POPULNEUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag.* 207.

℞. Oculorum ſive gemmarum populi arboris recentium libram unam ſemis.
pingvedinis porcinæ depuratæ libras duas,

oculi populi contundantur & macerentur in pingvedine, donec ſequentes herbæ per æſtatem colligi queant, ſcilicet;

℞. Cymarum rubi tenerrimarum,
foliorum papaveris albi,
mandragoræ,
hyoſcyami,
herbarum ſolani,
ſempervivi minoris,
lactucæ,
ſempervivi majoris,
bardanæ,
violariæ,
umbilici Veneris ana uncias tres,

herbæ contundantur & miſceantur cum oculis populi & pingvedine, deinde coquantur, lento igne, ad humiditatis aqueæ conſumtionem, colentur & exprimantur.

UN-

V.

## UNGUENTUM RESUMTIVUM.

*Pharm. Aug. Ren. pag. 207.*

℞. Seminis lini,
althææ,
fœnu græci,
gummi Arabici,
tragacanthi ana drachmas duas,
macerentur & bulliant in libra ſemis aquæ ſimplicis, eliciatur mucilago, quæ, cum
butyri recentis libra dimidia,
pinguedinis ſuillæ,
gallinæ,
anſeris,
anatis ana unciis duabus.
coquatur ad humiditatis aquoſæ conſumtionem, poſtea addantur
oeſypi, vel loco hujus, ſevi hircini uncia ſemis,
olei violarum,
chamæmeli,
amygdalorum dulcium ana unciæ duæ
medulæ vituli,
ceræ albæ ana libra ſemis.
Fiat ſecundum artem unguentum.

## UNGUENTUM RUBRUM FELICIS WüRZII.

*Diſp. Brand pag. 239.*

℞. Terræ vitrioli dulcis uncias duas,
florum æris drachmas decem,
aceti vini, in quo *folia plantaginis* & chelidonii majoris recentia ſufficienter per aliquot dies macerata ac poſtea expreſſa fuerint, uncias tres,
phlegmatis vitrioli uncias ſex.
mellis deſpumati uncias ſex.
Inſpiſſentur leni igne, continuo agitando ad mellis conſiſtentiam.

## UNGUENTUM RUBRUM POTABILE.

*Diſp. Brand. pag. 244.*

℞. Pulverum radicum alkannæ libram unam ſemis,

V.

rubiæ tinctorum,
tormentillæ ana unciam unam,
rhapontici,
ſerpentariæ ana unciam ſemis,
baccarum alkekengi drachmam unam,
vini rubri odorati libram unam,
macerentur per dies aliquot loco frigido cum
butyri Majalis recentis non ſaliti libris tribus,
poſtea addantur cancrorum fluviatilium contuſorum numero viginti,
coquantur leni igne ad conſumtionem usque humiditatis, colentur & exprimantur, atque colaturæ adhuc dum calenti adde ſpermatis ceti recentis, unciam unam, ſemis, fiatque ſecundum artem unguentum.

## UNGUENTUM SANTALINUM.

*Diſp. Brand. pag. 246.*

℞. Boli Armenæ drachmas ſex,
florum papaveris errarici recentium unciam unam,
roſarum rubrarum recentium uncias duas,
ſantali albi,
citrini ana drachmas ſex,
rubri drachmas decem,
in pulverem redacta omnia bulliant igne moderato in
olei roſacei libra una,
ad conſumtionem humiditatis usque exprimantur & colentur, expreſſis adde
camphoræ drachmas duas,
ceræ albæ quantum ſufficit.
Fiat unguentum bonæ conſiſtentiæ.

## UNGUENTUM CONTRA SCABIEM.

*Diſp. Brand. pag. 237.*

℞. Pinguedinis porcinæ libras quatuor,
baccarum lauri uncias quatuor,
corticum mediorum recentium frangulæ, ſambuci ana unciam unam,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 146 sur 149

V.

radicum recentium enulæ uncias,
duas,
lapathi acuti uncias quatuor.
contuſa & bene piſta in mortario lapideo coquantur lento igne, exprimantur & colentur, colaturæ adhuc ferventi addantur
butyri recentis unciæ duæ,
ſucci limonum uncia una ſemis,
coquantur ad conſumtionem usque humiditatis ſucci ſuperfluæ, tum addantur colliquata
ſtyracis liquidæ uncia una,
terebinthinæ Venetæ unciæ duæ,
tandem his exacte mixtis inſpergantur pulveres ſubtiliſſimi
ariſtolochiæ rotundæ veræ,
iridis Florentinæ,
ceruſſæ lotæ ana unciæ duæ,
mercurii præcipitati rubri uncia una,
ſulphuris citrini unciæ tres,
olei nicotianæ quantum ſufficit,
pro unguento juſtæ conſiſtentiæ parando.

## UNGUENTUM SOMNIFERUM.

*Diſp. Brand. pag. 246.*

℞. Unguenti alabaſtrini,
roſati ana unciam ſemis.
populnei uncias duas,
olei hyoſcyami drachmam unam,
nuciſtæ expreſſi drachmam unam, ſemis,
nymphææ albæ,
papaveris albi,
violarum ana drachmas duas,
opii Thebaici *in aqua roſarum ſoluti* drachmam unam,
croci orientalis drachmam ſemis,
ceræ albæ quantum ſufficit, ut fiat unguentum mediocris conſiſtentiæ.

## UNGUENTUM SPLENETICUM.

*Diſp. Brand. pag. 183.*

℞. Corticum capparum,
frangulæ,
tamariſci ana drachas duas,

V.

herbarum ceterach,
chamædryos,
fumitatum anethi,
florum geniſtæ,
ſambuci ana manipulum unum,
radicum ari drachmas duas,
cyclaminis ana drachmas tres,
filicis unciam ſemis.
contuſis probe affunde vini partes duas, aceti vini partem unam, macerentur infuſa per duos dies, poſt colentur & exprimantur, magmati expreſſo junge
foliorum recentium conquaſſatorum hyoſcyami manipulum ſemis,
cicutæ,
cochleariæ ana manipulos duos,
*nicotianæ veræ* uncias novem.
Rurſus affunde vini illius expreſſi quantum ſufficit, coque ad mollitiem leni igne, contuſis tunc ac per cribrum denſum vel ſetaceum transadactis adde
olei amygdalorum amarorum unciam unam, ſemis,
capparum uncias tres cum ſemiſſe,
hyperici drachmas ſex,
irini drachmas decem.
Affunde aliquid denuo illius vini ac ulterius leni igne coqua ad conſumtionem aquoſitatis, tumque ſuperadde
gummi aceto diſſoluti ammoniaci, unciam unam, ſemis,
bdellii,
galbani,
opopanacis ana unciam ſemis,
pulverum radicis aſari drachmam unam, ſemis,
cicutæ,
ſeminis agni caſti ana drachmam unam,
cumini drachmam ſemis,
geniſtæ

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 147 sur 149

V. V.

genistæ drachmas duas,
ceterach,
rutæ,
tamariſci ana drachmam unam,
unguenti de althæa unciam ſemis,
ceræ flavæ quantum ſufficit,
fiat, lege artis, unguentum, cui ſub finem adde
olei deſtillati anethi,
ceræ ana ſcrupulum ſemis.
Miſce.

## UNGUENTUM STOMACHALE.

*Diſp. Brand. pag.* 247.

℞. Herbarum abſinthii,
menthæ criſpæ.
florum chamomillæ recentium,
roſarum rubrarum,
ſpicæ nardi Indicæ ana unciam ſemis,
radicum calami aromatici,
caryophyllorum,
cinnamomi,
maſtiches,
nucis moſchatæ,
ſantali citrini ana drachmas duas,
baccarum lauri,
ligni aloës ana drachmam unam, ſemis,
in pulverem redactis redigendis, cæteris probe conquaſſatis affunde
vini rubri optimi,
olei abſinthii,
cydoniorum,
maſtichini ana uncias quatuor,
coquantur igne leni ad conſumtionem vini, in colatura expreſſa liqueſcant
ceræ citrinæ unciæ tres, vel quantum ſufficit, miſcendo fiat unguentum medioeris conſiſtentiæ.

## UNGUENTUM CONTRA VERMES.

*Diſp. Brand. pag.* 238.

℞. Herbarum recentium abrotani,
abſinthii,
centaurii minoris,
perſicariæ,
ſcordii,
tanaceti ana manipulum unum,
radicum dictamni albi,
gentianæ,
ebuli ana unciam ſemis,
ſucci foliorum perſicorum,
allii ana unciam unam,
olei abſinthii
rutæ ana libram ſemis,
butyri recentis uncias tres,
herbis conquaſſatis ac radicibus probe contuſis affunde ſuccos & olea, addito butyro, macera per noctem, poſtea ad humiditatis conſumtionem coque igne moderato, tum exprime & cola; colaturæ ferventi adde
olei ſpicæ unciam unam, ſemis,
fellis tauri ad mellis conſiſtentiam inſpiſſati uncias duas,
aloës epaticæ unciam unam,
ceræ flavæ quantum ſufficit,
tandem omnibus colliquatis & mixtis ſub finem adde
camphoræ in ſufficienti quantitate ſpiritus vini rectificati ſolutæ drachmas duas
Miſce, fiat lege artis, unguentum.

## UNGUENTUM VIRIDE POTABILE.

*Diſp. Brand. pag.* 245.

℞. Herbarum abrotani,
agrimoniæ,
alchimillæ,
artemiſiæ,
bellidis minoris,
betonicæ,
bugloſſæ,
burſæ paſtoris,



Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 148 sur 149

V.

cardui benedicti,
caryophyllatæ cum radice,
centaurii minoris,
chærefolii,
cichorii,
conſolidæ majoris cum floribus & radicibus
ſaracenicæ,
epaticæ nobilis,
fœniculi,
fragariæ,
hyperici cum floribus,
hyſſopi,
lavendulæ,
leviſtici,
marrubii albi,
menthæ,
millefolii,
nummulariæ,
origani,
parietariæ,
petroſelini,
pimpinellæ,
prunellæ,
pulegii,
pulmonariæ maculoſæ,
pyrolæ,
roriſmarini.
rutæ,
ſalviæ,
ſaniculæ,
ſcolopendrii,
ſerpilli,
tuſſilaginis,
verbenæ,
veronicæ,
vincæ pervincæ ana manipulos ſex,

V.

radicum tormentillæ recentium uncias tres, ſingula tempore ſuo balſamico curioſe collecta, conciſa & contuſa indantur & macerentur in butyri Majalis recentis inſulſi libris triginta, donec omnes herbæ collectæ & maceratæ fuerint. Collecta tandem & macerata omnia coquantur igne leni ad humiditatis omnis avaporationem, poſtea cum aliquali expreſſione colentur, cui colaturæ adhuc calenti admiſce ſpermatis ceti recentis non rancidi uncias tres, fiatque ſic juxta artem unguentum.

## *Unicornu marinum, præparatum,*

ad normam cornu cervi philoſophici parari poteſt, ſine ignis violenti calcinatione.

## *Unicornu foſſile, Ungula alcis. præparata.*

Præparatio hujus inſtituitur eadem methodo, quam ſupra in cranii humani præparatione docuimus.

X.

Xylobalſamum.

Z.

Zibethum.

Conspectus materiæ medicæ selectioris. Quo eliminatis plurimam partem ... - page 149 sur 149